





Digitized by the Internet Archive  
in 2016

<https://archive.org/details/beitraegezurkenn02seyf>

BEITRAEGE ZUR KENNTNISS

DER

LITERATUR, KUNST, MYTHOLOGIE

UND

GESCHICHTE

DES ALTEN AEGYPTEN

VON

*GUSTAV SEYFFARTH,*

MAG. D. FR. K., DOCT. D. PHIL., A. PROF. D. ARCHAEOLOG. A. D. UNIV. LEIPZIG, COR. MITGL. D. KOENIGL. ACAD. D. W. ZU TURIN, AUSW. MITGL. D. KOENIGL. ASIAT. GESELLSCH. ZU LONDON, OR. MITGL. D. DEUTSCH. GESELLSCH. Z. ERFORSCH. VATERL. SPR. U. ALTERTH., D. HIST. THEOL. GESELLSCH., D. OECON. SOCIETAET, DER NAT. HIST. GESELLSCH. ZU LEIPZIG.

---

ZWEITES HEFT.

MIT

I LITHOGRAPHISCHEN TAFEL.

---

LEIPZIG

VERLAG VON JOH. AMBROS. BARTH.

1833.





PARS I.

ASTRONOMIA AEGYPTIORUM

MATHEMATICA ET APOTELESMATICA

---

ACCEDIT

TABULA I LITHOGRAPHICA.

Stellarum (*planetarum*) ducatus (*possessiones zodiacales, terrestres, temporales, spirituales*) explicabimus, vt nihil, quod ad hanc diuinam Matheseos disciplinam attinet, a nobis praetermissum esse videatur.

FIRMICUS ASTRON. LIB. I. CAP. X.

§. I.

I n t r o d u c t i o .

---

Quum reminiscimur, vti constat, astronomiam in Aegypto ab antiquissimis inde temporibus cultam, vniuerse vsitatam scriptisque variis celebratam fuisse; tum monumenta Aegyptiorum fere innumera, eaque ad astronomiam maxima ex parte aptissima, etiamnum exstare: sponte quasi in animum nobis venit augurari, inter tot templorum, sacellorum, obeliscorum, sarcophagorum, stellarum, papyrorum aliarumque rerum inscriptiones non esse paucas, quibus obseruationes, vt vulgo dicuntur, astronomicae contineantur atque Aegyptiaca ratione tradantur.

Si veteres audimus, astronomia iam primis post diluuium hominibus adeo cognita fuit, vt saltem planetarum loca accuratius discernere et significare possent. Traditio enim fuit apud Aegyptios, astronomiae inuentorem primumque doctorem fuisse deum antiquissimum, Seth, Syth, Soth, Set, Tet, Toth, Thoth, Thouth, Thenth, siue Hermam, Mercurium, Anubidem, Aesculapium, quem veteres non solum, sed recentiores quoque permulti non inepte compararunt cum Setho, Adami filio <sup>1)</sup>). Aliis placuit, Chamio, gentis Chamicae, siue Aegyptiicae propatori, Noachi filio, adscribere huius disciplinae originem <sup>2)</sup>). Teste Herodoto aliisque, Zodiacus ortus suasque in partes diuisus fuit nunc annis 10,000 ante Augustum, nunc 17,000 ante Amosin, progenitorem regum Aegyptiacorum dynastiae decimae octauae, nunc prius; atque obseruationes astronomicae Aegyptiorum et, qui ab iis docti creduntur, Babyloniorum Chaldaeorumque coeperunt nunc anno 1487 ante Nabonassarem, nunc 400,000 ante Leonem Thracem, nunc 473,000 ante Alexandrum Magnum <sup>3)</sup>). Etsi in his numeris modum excedentibus, vt inter criticos sanos constat, cycli astronomici, vel cyclorum computationes latent; id saltem inde elucet, astronomiam antiquissimis temporibus in Aegypto cognitam fuisse, quemadmodum ipsa Scriptura Sacra docet <sup>4)</sup>). Israelitae enim, quum ex

---

1) Plato Phaed. p. 1240. Diodor. Sic. Lib. I. p. 10. b. Jul. Firmicus Mat. Praefat. L. III. p. 45. Bas. 1551. Praef. L. IV. Manilius Astron. L. I. v. 33. Schol. Apoll. L. I. v. 917. Arnob. L. II. p. 92. Joh. Cassian. Coll. VIII. c. 21. Marsham Can. Chronol. L. I. p. 30. 34. 39. Ideler Chronol. I. p. 126. al.

2) Joseph. Antiquit. L. I. c. 2. 9. 10. Joh. Cass. Coll. VIII. c. 21. al. Anon. ap. Suid. p. 145. v. ἄστρον. Ammian. Marc. L. XXII. p. 250. Martian. Cap. Sat. L. VIII. p. 274. Manetho Apotel. L. V. v. 2. 3.

3) Herodot. L. II. 43. 47. 145. Diodor. Sic. L. III. p. 83. d. Simplic. L. II. d. Coel. c. 46. Lucianus de Sacrific. Op. T. II. pag. 358. Martian. Cap. Satyr. L. VIII. p. 274. Conf. Herod. II. 82. 109. Clemens A. Strom. L. I. p. 306. Diog. Laert. vit. Pyth. p. 216. Dio Cass. L. 36. p. 37. d. Strabo L. 17. p. 1160. 1171. Diodor. Sic L. 1. c. 50. 81. p. 10. 24. 50. Achill. Tat. in Petau. Vran. p. 121. Plin. L. 30. c. 1. Macrob. Sat. L. 1. c. 14. 9.

4) Marsham Chronic. p. 505. Zoega de Obel. p. 505. Ideler Chronol. I. p. 191. Syncell. p. 41. Ven.



Aegypto egressi essent, iterum iterumque in idololatriam illam astronomicam reciderunt, quam apud Aegyptios vita vsuque didicerant, quamque coercere et abrogare Moses debuit ex mandato divino <sup>5</sup>). Astra, *στραυια του ούραου*, quae illi coluerunt, deorumque simulacra, quae sibi effinxerunt, non sunt nisi planetae et Zodiaci signa diuino honore in Aegypto culta. Huc spectant praecepta a Mose tradita de vno Deo Zebaoth, astrorum domino, colendo; de fugiendis deastris, idolis, animalibus, quae, vt infra docebitur, symbola sunt siderum; de comedendis bestiis, quae, quum numina astronomica mala significarent, Aegyptiis prohibitaessent, praeter suem Saturno, siue Typhoni sacrum <sup>6</sup>). Caeterum his consentiunt alia permulta, veluti illud<sup>7</sup>, quod, vt Seneca tradit, iam 1500 annis ante Christum subtilior astronomiae cognitio, quippe Aegyptiaca, obtinuit in Graecia <sup>7</sup>); quod, teste Diodoro, in sepulcro Osimandis, breue tempus post Mosem exstructo, Zodiacus, quem postea Cambyses abstulit, pretiosissimus et elegantissimus, exstitit <sup>8</sup>); quod regnante Asetho, vt Syncellus refert, qua aetate Moses dicitur natus, ex anno 360 dierum solaris annus diebus 365 constans ortus est <sup>9</sup>). Haec omnia enim locum non habuissent, astronomia ignota (Her. II. 4.). Quare nemo facile dubitauerit, quin astronomia, quandocumque inuenta, certe nonnullis ante Mosem saeculis in Aegypto vsu venerit ac floruerit.

Astronomiam vero in Aegypto maxime solemnem fuisse, vix opus est demonstrare. Inter omnes enim constat, Aegyptum vt astronomiae, ita astrologiae patriam ac palaestram fuisse <sup>10</sup>). Quoties ex planetarum constellationibus fata hominum futura praesagienda et praedicenda essent, in quo versatur astrologia; toties ad astronomiam conferre se debebant huius disciplinae periti ac professores. Quum astra humanam conditionem regere crederentur; omnis praesagitio ab eo pende-  
bat, vt quam accuratissime cerneretur et definiretur, quo zodiaci in signo quibusque signorum in partibus et Sol, et Luna, et Saturnus, et Jupiter et reliqui planetae apparent, praecipue eo temporis momento, quo proles humana in lucem progigneretur. Etsi non constat, an omnibus in genituris astra in Aegypto obseruari consueuerint; id tamen frequentissime accidisse, multis argumentis euincitur. Astrologia enim pariter atque astronomia ab Herma in Aegypto propagata et divulgata dicitur, qui deus antiquissimus, etsi differt, vt nonnulli voluerunt, ab Herma illo trismegisto, astronomiae autore, illo tamen non multo iunior putandus est, atque diserte veteres tradunt, astrologiam per totam Aegyptum antiquitus in vsu fuisse <sup>11</sup>). Huc accedit, quod in omnibus fere templis Aegyptiacis sacerdotes singulares constituti fuerunt, qui astronomiam et astrologiam factitarent; quod integra et nobilissima collegia astronomica in Aegypto, Heliopoli praecipue

5) Vid. Actor. cap. VII. ver. 42. Jos. XXIV. 14. Ezech. XX. 7. 8. 25. XXIII. 3. 8. Amos. V. 25. 26. Job. XXX. 26. 27. 1 Reg. XVII. 16. 2 Reg. XXIII. 5. Exod. VIII. 25. 26. Jer. XLIV. 17. VII. 18. col. Vitring. Observ. S. L. II. c. 1.

6) Vid. Ex. XX. 4. Deuteron. c. IV. 16. VII. 26. Lev. XVII. 7. XXXVI. 1. al.

7) Seneca Quaest. Nat. VII. 25. Nondum sunt anni, inquit, 1500, ex quo Graecia stellis numeros et nomina fecit.

8) Diodor. Sic. Lib. I. p. 32. b.

9) Georg. Syncell. Chron. pag. 123. Par. pag. 98. Ven.

10) Herodot. II. 82. Anon. ap. Suid. p. 145. voc. *αστρον*. Firmicus L. III. p. 112. Praefat. Lib. IV. V.

11) Manetho ap. Syncell. p. 40. b. c. Joseph. Ant. Jud. L. I. c. II. §. 3. Joh. Cass. Coll. VIII. c. 21. Proc. in Tim. Plat. L. I. p. 31. p. 26. Plin. L. 30. c. 1.



atque Thebis floruerunt, quibus ab antiquissimis inde temporibus harum disciplinarum studiosi docerentur et erudirentur; quod obseruationes astrologicae non solum principum virorumque historia celebratorum, sed priuatorum quoque et hominum ignobilium gratia institutae reperiuntur <sup>12</sup>). Ceterum astronomia non solum astrologiae, sed etiam, quod grauissimum est, historiae seruiuit. Diserte enim traditur, Aegyptios, quum res grauioris momenti euenirent, astra obseruasse earumque memoriam astronomice notasse, de quo infra dicendum. Qua de re dubitari nequit, quin astronomicae obseruationes in Aegypto frequentissime locum habuerint, coelo serenissimo adiuuante, vbi, si veteres audimus, per duo certe annorum millia, quotidie 900 homines nati sunt historiaeque epochae quam plurimae eaeque grauissimae astronomice definiri debuerunt.

Denique facile probatur, Aegyptiorum astronomiam atque obseruationes astronomicas non suppressas et inscriptas mansisse, sed literis conceptas scriptisque celebratas fuisse. Notum enim est, scripturam Aegyptiorum esse antiquissimam et, vt tradunt veteres, ab eodem Thoutho cum astronomia aliisque disciplinis inuentam. Ceterum per se claret, nullum argumentum literis sacris dignius fuisse, quam astrologicum, quippe quod Aegyptii ad religionem deosque suos referrent et placitis deorum constare dicerent <sup>13</sup>). Reuera in catalogo scriptorum Hermeticorum recensentur quatuor libri astronomici, vnus de ordine stellarum inerrantium, alius de ortu stellarum fixarum, alius de coitu et illuminatione solis et lunae, alius de planetis, liber singularis de ordine solis lunaeque et de quinque planetis cum cosmographia <sup>14</sup>). Alios vel eosdem libros Hermae, Anubidis, atque Aesculapii commemorant astronomi veteres, atque opera astrologica, quae rex Necepsus, vel Necheus, sacerdos Petosiris, Manetho aliique reliquerunt, tanta auctoritate fuerunt, vt vel post Ptolemaeum, Eratosthenem, Hipparchum, aliosque astronomos excellentissimos adhuc adhiberentur <sup>15</sup>). Quid dicam de eo, quod iam quinque monumenta astronomica in Aegypto reperta sunt, scilicet quinque Zodiaci, duo in templis Tentyriticis, duo in templis Latopolitanis, vnus prope Thebas in sepulcris regum <sup>16</sup>)? Ipsas vero etiam obseruationes astronomicas ab Aegyptiis consignatas et posteritati traditas fuisse, certissimum est. *Aegyptii*, inquit Diodorus Siculus, *quippe qui ab antiquissimis temporibus astrorum loca et motus accuratissime obseruarunt, conseruant obseruationes astronomicas de omnibus ac singulis planetis factas per innumeras fere annorum series* <sup>17</sup>). Constat etiam, Graecos ex obseruationibus Aegyptiacis, quas inuenirent et consulerent, eruisse praecepta astronomica, praecipue ea, quae non nisi obseruationibus antiquissimis confirmari

12) Clemens Alex. Strom. L. VI. c. 4. p. 757. Diodor. Sic. Lib. I. 46. Strabo L. 17. p. 561. 554. Jul. Firmic. Mat. Lib. VI. cap. 26. pag. 166. seq. Young Hieroglyphics Vol. II. Tab. 52. Vid. infra Part. III. huius operis §. 1.

13) Vid. Rudimenta mea Hieroglyphices pag. 15. §. 8. not. Schol. Sophocl. Elect. v. 722. p. 56. Cant. Joseph. Ant. Jud. L. I. c. II. §. 3.

14) Clemens Al. Lib. VI. c. 4. pag. 757. Vid. Marsham. Canon. pag. 241. Zoega de Obel. pag. 508.

15) Jul. Firmic. Mat. Praef. L. III. L. IV. L. V. L. IV. c. 16. L. VIII. c. 1. c. 3. c. 5. Plin. L. II. c. 23. VII. c. 49. Proclus Tetrabib. Ptol. L. III. p. 111. 194. Athenaeus Deipn. L. III. p. 114. Young Hieroglyph. Tab. 52. Vid. infra Part. III. §. 1.

16) Vid. Description de l'Égypte Vol. I. Pl. 79. 87. Vol. II. Pl. 82. Vol. IV. Pl. 19. 22.

17) Diodor. Sic. Lib. I. cap. 81. 83. *τας περι έκαστων άστρων άναγκαφας εξ έτων άπιστων τω πληθει φυλαττουσιν.* Col. Herod. II. 82. *φυλαττουσι γραφομενοι τώποβαιον τερατων γενομενων.*

possunt<sup>18</sup>). Neque repetamus, libellum astrologicum, scilicet papyrum funeralem, Graece scriptam, cum obseruationibus de septem planetarum locis et positionibus, in sepulcro Thebano, haud dubie mumiae in fasciis, a Saltio iamiam inuentum esse. Ceterum, Aegyptios obseruationes astronomicas non solum astrologiae causa, sed etiam historiae in gratiam conseruasse, veteres haud obscure tradunt. Diserte enim dicit Manetho, Aegyptios decreta astrorum, vt ait, saxis, siue obeliscis et stelis et aliis monumentis lapideis, inscripsisse literis hieroglyphicis<sup>19</sup>). Decreta quidem, *προνοιαι* astrorum sunt omnia ea, quae ex positione planetarum certo quodam tempore obseruata colliguntur, quorum grauissima ad epochas anni Aegyptiorum magni chronologiamque spectant, vt infra videbimus. Ex indice enim locorum a planetis Aegyptiacis certo tempore occupatorum statim cognoscitur obseruationis tempus, qua de re eiusmodi obseruationes astronomicae chronologiae inseruiunt. Cuius generis stelas cipposque astronomicos, qui partim per totum Aegyptum erecti essent, partim in speluncis, hypogeis, catacombis, sepulcris aliisque in locis laterent, commemorant Diodorus, Josephus, Galenus, Achilles Tattius, Martianus Capella aliique permulti<sup>20</sup>). Cum his stelis chronologicis arctissime coniunguntur a veteribus stelae historicae, quibus res gestae et quidquid memoria dignum eueniret in Aegypto literis hieroglyphicis conscriberetur atque posteritati traderetur<sup>21</sup>). Vtriusque generis stelas Manetho dictus, sacerdos Sebennyiticus, vidit et examinavit haud dubie plurimas. Ipse enim testatur, se historiam suam Aegyptiacam ex libris et stelis hausisse, quae obseruationes et astronomicas et historicas continerent<sup>22</sup>). Quid? quod Josephus refert, columnis illis Sethicis simul et astronomicae et historicae inscripta fuisse<sup>23</sup>). Itaque harum stellarum aliorumue monumentorum astronomico-historicorum tanta fuit adhuc copia in Aegypto regnante Ptolemaeo Philadelpho (an 250 a. Ch.), vt Manetho inde integram suam et historiam et

18) Sic fertur Hipparchus (Ptolem. L.IV. c. vlt. p. 104.) obseruationes astronomicas Babyloniorum antiquissimas ad *ψηφοφοριαν* Aegyptiam accommodasse. Conf. Simplicius de Coclo L.II. c. 46. p. 123. lin. 18.

19) Manetho Apoteles. Lib. V. v. 2. 3. Hausisse se dicit *ἐξ στήλων, ἕς Ἐρμῆς οὐρανῶν ἀστρῶν ἰδίας ἐχαράξε προνοιαίς, συμβούλων πινυτῆς σοφίας Ἀσκληπιῶν εἴρων.*

20) Diodor. Sic. Lib. V. c. 46. p. 368, vbi *πραξεις οὐρανῶν, διοσ, ἀρτεμιδος, ἀπολλωνος* et ceterorum sunt obseruationes astronomicae. Flavius Jos. ant. Jud. L. I. c. 2. §. 3. p. II. T. I. Amst., Diodor. S. Ioc. 1. p. 1173. Galen. adu. Julianum c. 1. p. 370. P., Achilles Tattius ap. Petau. Vran. p. 121. Mart. Capell. L. II. p. 35. Grot., vbi deorum stemmata sunt planetarum et zodiaci symbola. Joh. Sarisberiens. Metalog. L. II. p. 35. Euseb. Praep. Eu. L. I. c. IX. p. 31. 32. Johan. Cassian. Col. VIII. p. 21.

21) Plato in Tim. Tom. III. p. 22. 23. Par. Steph., Syncell. p. 40. Par., Melampus Hierogr. de diuinat. in Aelian. fol. 105. Rom., Diodor. S. L. I. c. 20. p. 23., Plin. L. VI. c. 28. T. I. p. 337. c. 29. p. 342. Chrysost. orat. XI. p. 161. Par. 1604., Aelius Aristides orat. Aeg. p. 360. Ox. Hermes trism. ap. Patric. f. 4. Proclus in Tim. Plat. L. I. p. 31. Bas. Schol. in Soph. El. v. 722. Stelae sunt, inquit, lapides formae quadratae, in quibus res memoratu dignae inscribuntur.

22) Manetho apotelesm. L. V. v. I. p. 88. Gron., vbi *προνοιαι οὐρανῶν ἀστρῶν* sunt obseruationes astronomicae, atque *δορηματα μουσης ἀνθολογον* historicas significant. Col. Syncell. p. 40. Par., vbi *σῆλαι ἐν τῇ σφραδακῆ γῆ* (al. *σφραδι, σφριγγικῆ*) esse videntur stelae hypogeorum Thebanorum. Conf. *ΣΗΡΙ* stela, vel *ΣΡΗ* effodere, effossio, cauerna, et *ἸΚΑΖΙ* γαια terra, vel *ΙΟΖΙ* ager. Certe cum his cohaeret vocab. *σφριγγος*, hypogeum significans. Sin *ΥΚ*, vt Josephus c. Ap. L. I. p. 2039. tradit, regem significauit; illud *Σφριγγ* deriuari videtur a vocabulis *ΣΡΗ* sepulcrum et *ἸΥΚ* rex. Quo facto plane conuenit cum nomine seniori eiusdem loci *Biban-el Moluk*, sepulcra regum.

23) Fl. Jos. ant. Jud. L. I. c. 2. §. 3. p. II. *ἐνα στήλη μαθεῖν τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἐγγεγραμμένα* scil. astronomicae et historicae.



chronologiam conscribere posset. Quibus ex locis iam clarum esse puto, Aegyptios instar gentium cum iis cognatarum obseruationes suas astronomicas non suppressisse, sed literis significasse posterisque tradidisse monumentis suis hieroglyphicis.

Ceterum monumenta antiquitatis Aegyptiacae, quae ad nostram aetatem peruenerunt, multo sunt numerosiora, quam vulgo putatur. Exstant enim etiamnum per totam Aegyptum templa per multa eorumque parietes cum inscriptionibus innumeris; reperiuntur obelisci, statuae stelaque frequentissime; patent hypogea longissima et amplissima multa cum inscriptionibus fere innumeris, atque in saxis ad ripas Nili titulorum hieroglyphicorum exstant millia, maxime inter Thebas et Philarum insulam, vbi vno quasi tenore inuicem se excipiunt. In Museis autem Europaeis tam multi conseruantur sarcophagi mumiarumque cistae, obelisci, stelae cippique, statuae, papyri aliaque eiusdem generis monumenta, vt vix cedant numero Aegyptiacis. De his quidem monumentis et Aegyptiacis et Europaeis, quorum fere decem millia numerantur, longe plurima ita comparata sunt, vt Aegyptii obseruationes astronomicas in iis consignare atque ante oculos ponere potuerint ac debuerint.

Quum ergo recolligimus, partim ab antiquissimis inde temporibus vsque ad interitum rerum suarum regnante Constantino M. perfectum Aegyptios et vbique locorum et centies quouis die instituisse obseruationes astronomicas easque hieroglyphice consignatas posteritati conseruasse; partim monumenta Aegyptiaca fere innumera, eaque maxima ex parte astronomiae conuenientia ab antiquissimis inde temporibus ad hunc vsque diem conseruata esse: non ineptum sane et absonum videtur, tum ponere, multa adhuc exstare monumenta Aegyptiorum veterum astronomica hieroglyphica; tum, quatenam sint, quoue modo intelligantur, accuratius iamiam disquirere.

## §. 2.

### De grauitate obseruationum astronomicarum veterum.

Vereor, ne paucissimi satis perspectum habeant, quanti momenti sit, nouas in astrorum obseruationes, potissimum antiquissimas et numerosissimas incidere. Newton, vir summus, nunquam satis laudandus, cuius ingenium sagacissimum nihil fere, quod ad verum inueniendum facere posset, effugit; Newton haec adeo perspexit, vt totam Chronologiam et historiam astronomia componere et corrigere posse crederet<sup>24</sup>). Nemo enim nescit, quam imperfecta et incerta sit non vnius populi, sed omnium gentium chronologia et historia antiquior, maxime antiquissima. Quamquam tum veteres, tum recentiores summam operam in eo posuerunt, vt hominum nobilissimorum et celebratissimorum aetatem definirent rerumque gestarum epochas eruerunt, inter se compararent atque ad verum tempus reuocarent; nullum tamen fere exstitit chronologiae historiaeque argumentum, de quo non diuersas in partes abierint chronologi, quod non diuersissimis temporibus adscriptum sit. Non enim agitur de diebus, aut mensibus, aut annis; sed de decenniis, saeculis et mille adeo aunorum spatiis. Quomodo vero historia constare potest, quoue modo tot gentium

24) Vid. Newton Chronologia reformata. Non huius est loci demonstrare, quatenus id Newtonio successerit, nec ne.



facta et fata inter se comparari possunt in tanta chronologiae fragilitate et peruersitate? Neque hoc mirum est. Etenim omnes nationes annos numerarunt ad regum suorum regna, nec nisi tam diu, quam diu vigerent rerum suarum status. Praeterea multorum populorum libri aut plane interierunt, aut parum iuuare valent chronologiam. Quantum vero autorum incuriae librariorumque negligentiae dandum sit, nunc vix definiri potest. Vix duo codices inueniuntur, quibus eadem numerorum signa reperiantur. Quid? quod codex sacer V. T. longissime differt a versione LXX. Quae quum sentiret Newton, ad astronomiam confugiendum esse acutissime censuit. Nihil enim certius est obseruationibus astronomicis cum historiae euentibus coniunctis, quorum tempus non solum accuratissime, sed etiam certissime pro nostris auxiliis astronomicis computari potest. Sed quae Newton alique ad chronologiam historiamque corrigendam contulerunt ex astronomia, ea, vt profiteri debemus, minoris sunt momenti. Etenim obseruationes astronomicae, ad euentus quosdam historicos reuocatae, admodum rarae in veterum scriptis reperiuntur, passim obiter et negligenter commemorantur, neque tempora ipsa attingunt antiquissima. Ceterum, quae veteres de planetis suis obseruarunt, ea omnia fere ad singulos planetas, siue ad eclipses solis lunaeque, sine ad coniunctiones planetarum cum stellis fixis, pertinent, neque vero ad plures vel omnes planetas simul; cuius generis obseruationes admittunt longe certiores computationes chronologicas. Qua de re non mirari licet, Newtonium his in lucubrationibus chronologicis astronomia fretis nonnunquam vere inepta et ab omni probabilitate aliena inuenisse. Hoc certe concedendum est, ad chronologiam maxime antiquiorem stabiliendam omnes vias tentatas, omnes fontes exhaustos et exantlatos esse; neque vero vel nunc satis constare de epochis chronologiae antiquioris grauissimis. Etiamnum enim dissensus est de aetate Mosis, de exitu Israelitarum ex Aegypto, de regno Salomonis, de bello Troiano, de Memnonis, Sesostris, Homeri, atque sexcentorum principum rerumque gestarum epochis non solum apud Aegyptios, sed omnes fere gentes paullo antiquiores Alexandro Magno. In tanta chronologiae et historiae obscuritate ac fluctuatione vix aliquid exoptatius et desideratius accidere posset, quam inuenire obseruationes astronomicas plurimas easque antiquissimas. Scilicet obseruationes astronomicae Aegyptiacae, vt ex papyro Saltiana dicta apparet (Part. III. §. 1.), id habent peculiare, quod, sine astrologiae, siue historiae gratia, non vnus planetae, sed plurium vel omnium, scilicet Solis, Lunae, Saturni, Jouis, Martis, Veneris et Mercurii, loca certo quodam tempore simul ab iis occupata indicant et exhibent. Inter omnes autem constat, qui astronomiae aliquam operam nauarunt, septem illos planetas, quos Aegyptii vocarunt, per totam historiam semel tantum simul eadem Zodiaci loca occupare. Per totam historiam nullus exstitit dies, nulla hora, qua Sol, Luna, Saturnus, Jupiter, Mars et reliqui planetae iterum continerentur Zodiaci in gradibus iisdem, atque accidit, exempli gratia, Amosis aut Ramessis natali; neque per totam historiam vllum temporis momentum afferri potest, quo eadem fuerit planetarum longitudo atque hodie hacue hora obseruatur. Haec enim est ratio et natura anni, quem Aegyptii veteres dixerunt, planetaris vel magni. Quem annum Aegyptii quidem non nisi 9966 vel 9977 annis Aegyptiacis constare putarunt; est autem longe amplior <sup>25</sup>). Cyclus

---

25) Sextus Empiricus adu. Astr. L. V. c. 105. p. 355. Fabric. dicit: *μεγας ἐνιαυτος δι' ἑνεακισχιλιων ἑνεακοσιων και ἐβδομηκοντα και ἑπτα ἔτων* cet. Conf. Proclus L. I. cap. 2. pag. 10 et 11. Jacob Thomasius de Stoica

enim ille planetaris, siue annus magnus, cuius sub finem et initium planetae Aegyptiis cogniti a terra spectati iisdem quique in gradibus Zodiaci versantur, constat e temporum eorum spatiis inter se multiplicatis, quibus terra nostra, atque reliqui planetae circum solem circumferuntur, quum haec summa eatenus minuatur, vt minimus diuiduus sit numerus pro tempore circuitiois cuiusque planetae; quod infra illustrabitur. Itaque annus Aegyptiorum magnus, vel neglecta luna neglectisque plurium graduum differentiis, pluribus quam 200,000 annis Julianis constat. Ex quo sequitur, quum obseruatio quaedam Aegyptiorum astronomica inueniretur, eam nonnisi intra 200,000, imo plurium annorum spatium bis quaerendam esse. Jam vides, quale et quantum commodum et inauditum emolumentum id esset ad chronologiam et historiam, inuenire obseruationes Aegyptiorum astronomicas. Vna sola quaedam obseruatio Aegyptiorum astronomica antiquissima ad personam quandam aut factum historicum relata, si inueniretur, sufficeret ad certum chronologiae et historiae fundamentum iaciendum, quod dudum frustra quaesiimus; quum vero obseruationes tales Aegyptiorum, quales diximus, et vetustissimae et frequentissimae et temporum interuallis haud inter se distantes, siue historiae siue astrologiae gratia literis hieroglyphicis traditae essent, inter monumenta Aegyptiaca existerent: non dubium est, quin inde tota chronologia rectissime et praeter omnem expectationem accuratissime componi, tota historia antiquissima illustrari denuoque instrui, et monumentorum Aegyptiacorum maxime dubiorum origines, dynastiarum regumque aeva incertissima, factorum historicorum euentus obscurissimi accuratissime describi et definiri possent, neque apud Aegyptios solum, verum etiam apud Graecos Latinosque, Persas, Aethiopes, Indos, Hebraeos aliasque gentes, cum quibus Aegyptiorum res nexae coniunctaeque aliquando fuerunt. Eiusmodi enim obseruationes tam accurate computari possunt, vt ne vnus quidem diei error oriri queat <sup>25</sup>\*)).

Quanto momento vero astronomia Aegyptiaca illustrata foret in nostra, vix opus est commemorare. Constat enim multas esse astronomiae propositiones, quae non nisi post multorum annorum vel saeculorum series comprobari possint. Quamquam enim vt omnium, ita coelestium quoque rerum euentus et mutationes ad aeternas easque sapientissimas numinis benigni leges diriguntur; ea tamen praecepta partim obscurissima, partim paucorum saeculorum experientia non satis explicabilia sunt. Huc spectant cometarum apparitiones, variationes circuitioinum planetarum circa solem, recessus punctorum aequinoctialium, declinatio Zodiaci eiusque generis alia. Quid? quod recentissime serio quidem contenderunt, terram nostram de die in diem minores circum solem describere circulos. Vtique iam profuerunt in his magnopere veterum obseruationes. Sic Hipparchus, maiorum suorum obseruatis fretus, inuenit processum stellarum fixarum; sic secundum Hipparchum La Lande annum tropicum accuratissime descripsit atque eadem via eo peruenerunt Halleyus, vt accelerationem motus medii lunaris; recentiores, vt turbationes itinerum planetarum detegerent <sup>26</sup>). At vero veterum obseruationes, quum annum 27 Nabonassaris non ex-

---

Mundi exustione. Lipsiae 1676. Diatrib. V. Nicetas Choniata de orthodoxa fide L. I. c. 9., qui annum magnum dicit constare 17, 503, 200 annis.

25\*) Vid. Ideler Handbuch der Chronologie. Berlin 1825. Vol. I. pag. 99.

26) Mémoire sur la durée de l'année sol. in Memoriis Acad. Paris. anni 1782. Col. Ideler Historische Untersuchungen über die Astronomischen Beobachtungen der Alten. Berl. 1806.



cedant, multo iuniores putandae sunt Aegyptiacis, atque tritum est, quam paucae et partim imperfectae astrorum obseruationes antiquae ad nostram aetatem peruenerint. Recte quidem nobis obiicitur, astronomiam veterem, quippe multis numeris falsam et vitiosam, nullo pacto cum nostra comparari posse; sed non agitur hoc loco de falsis Aegyptiorum opinionibus, sed de planetarum locis recte obseruatis, in quo Aegyptii satis profecerunt. Notum enim est et vulgatum, Aegyptios stellas omnes etiam minutas accuratissime inter se distinxisse atque Zodiacum praecipue adeo accurate diuisisse, vt haberent non solum gradus, sed etiam minutas<sup>27)</sup>. Ex quo etiam colligitur, eorum horologia et reliqua instrumenta astronomica multo perfectiora fuisse, quam vulgo putatur. Neque dubium est, quin alia multa de nostra astronomia habuerint cognita, quum totius antiquitatis oculos in se conuerterint sibi que meruerint cognomen hominum sapientissimorum<sup>28)</sup>.

Praeterea astronomia Aegyptiaca ita comparata est, vt multas alias disciplinas summopere inexpectateque expedire, emendare, augere debeat. Nihil dicam de eo, quod sexcenta veterum scriptorum etiam codicis sacri loca non nisi rebus Aegyptiorum astronomicis perspectis recte intelligi et explicari possunt, atque taceam, quantum haec scientia valeat ad philologiam Aegyptiacam promouendam. Literatura enim Hieroglyphica artissime cohaeret cum sacratoribus et obscurioribus philosophiae astronomicae notionibus et placitis. Vnam afferre liceat mythologiam. Constat, Aegyptiacam, Graecam, Indicam et Persicam et reliquarum nationum mythologias, quum artissime inter se connexae sint, tantum abesse, vt perspectae et explanatae dicantur, vt generalem illustrationem et ad iusta principia reuocationem adhuc desiderent. Quum enim, omnibus viis tentatis et fontibus exhaustis, multa in ea disciplina incerta et dubia manserint; desperandum sane de ea erit, si non noua subsidia adducere et adhibere contigerit. Explanata mythologia Aegyptiaca, reliquae omnes inde plurimum commodi et claritatis trahent totaque veterum religio ad iusta principia reuocari poterit.

Quum ergo astronomia Aegyptiaca ea sit, vt et chronologiam et historiam et philologiam et mythologiam et astronomiam et alias disciplinas summopere promouere et augere posse videatur; sane operae pretium esse putamus, paullo accuratius et diligentius in hoc argumentum inquirere.

### §. 3.

#### De ratione hieroglyphices astronomicae inuenienda.

Ad intelligenda scripta astronomica requiruntur potissimum tria; cognitio signorum, quibus planetae exprimuntur, cognitio signorum, quibus Zodiaci partes particulaeque indicantur, denique cognitio legum ac regularum, ad quas loca planetarum zodiacalia planetarumque variae inter se

27) Firmic. Mat. L. I. p. 18. Secundum Sextum Emp. Lib. V. p. 111. ed. Fabr. Aegyptii partes Zodiaci minores non habuerunt, quam minutas.

28) Macrob. Sat. L. II. c. 14. c. Pseudo-Callisthenes Vita Alex. M. in Fabr. Bib. G. V. 14. p. 148. Diodor. Sic. L. I. c. 81. 73. Strabo L. I. c. 81. 73. L. XVII. p. 1160. 1171. Herod. II. c. 4. 82. Firmic. Mat. L. III. c. 1. p. 47. Geminus in Petau. Vranol. p. 62. Censorin. de die Nat. c. XIX. Syncell. p. 35. Col. Du Hamel Histor. Acad. Scient. p. 420. ed. Lips.



relationes significantur. Omnes enim gentes, quae de rebus astronomicis scripserunt, characteres quosdam excogitarunt, quibus cum planetas, tum Zodiaci partes significant. Haec autem signa astronomica sunt aut phonetica, aut symbolica. Phonetica rursus in duo genera diuiduntur, quum nomina astronomica alia sint propria, alia impropria, veluti cognomina. Sic nos Veneris planetam dicimus Venerem proprie, improprie Hesperum aut Luciferum. Item alia nomina vtriusque generis habemus pro reliquis planetis partibusque Zodiaci. Quod symbolicen astronomicam attinet, vtinur ad significantos planetas, vt in vulgus constat, his signis:

☉ <i>Sol</i>	♁ <i>Terra</i>
☾ <i>Luna</i>	♂ <i>Mars</i>
☿ <i>Mercurius</i>	♃ <i>Jupiter</i>
♀ <i>Venus</i>	♄ <i>Saturnus.</i>

Pro duodecim vero Zodiaci signis haec habemus symbola:

♈ <i>Aries</i>	♎ <i>Libra</i>
♉ <i>Taurus</i>	♏ <i>Scorpio</i>
♊ <i>Gemini</i>	♐ <i>Sagittarius</i>
♋ <i>Cancer</i>	♑ <i>Capricornus</i>
♌ <i>Leo</i>	♒ <i>Aquarius</i>
♍ <i>Virgo</i>	♓ <i>Pisces.</i>

Praeterea ☌ pro coniunctione, ☍ pro oppositione, △ pro adpectu triangulari, □ pro adpectu quadrato, ✱ pro adpectu sexangulari eiusque generis alia nonnulla apud nostrates in vsu sunt.

Quod vero leges exprimendi loca planetarum attinet, in eo nos simplicissimi sumus. Quum enim coniungimus veluti haec symbola: ☉ ♈ 10° 20' 30'' 4, aut ☉ 0° 10° 20' 30'' 4, eo significamus, Solem esse in Ariete, sine in primo Zodiaci signo, gradu decimo, minuta vigesima, secunda tricesima cum decimis quatuor. Quum vero indicandum habemus, veluti Solem cum Saturno in adpectu trigonali, vel quadrato, vel in oppositione esse, id sic exprimimus: △ ☉ ♄, □ ☉ ♄, ☌ ☉ ♄.

Iam vero cum de astronomia Aegyptiaca agatur, quaeritur, quibus signis et phoneticis et symbolicis Aegyptii tum planetas, tum Zodiaci partes expresserint, et quonam modo loca planetarum significauerint, variisque suis in monumentis ante oculos posuerint. Quo quidem in argumento tractando ita nobis versandum erit, vt ante omnia veteres audiamus. Omne enim antiquitatis studium optime incipit a veterum testimoniis. Veteres, vt nihil fere memoratu dignum intactum reliquerunt et silentio praeterierunt, ita et de ratione astronomiae Aegyptiicae tam multa tradiderunt, vt ad scripta huius nationis astronomica intelligenda et explicanda nihil fere de nostris addere, vel coniectura assequi debeamus. Itaque habebimus disputationem quadripartitam. Primo quidem videndum nobis erit, partim quot et quinam fuerint Aegyptiorum planetae, partim quot et quasnam partes illi fecerint Zodiaci, in quo versatur astronomia veterum mathematica. His

adiungantur etiam aliae quaedam disputatiunculae de diuisionibus temporum apud Aegyptios, de opinionibus eorum apotelesmaticis, atque de aliis argumentis ad astronomiam pertinentibus. Secunda disputatio spectabit ad signa cum phonetica tum symbolica, quibus Aegyptii secundum veteres auctores planetas, variasque Zodiaci partes significauerint, qua in re versatur symbolice astronomica, siue Pantheon Aegyptiacum. Deinde videndum nobis erit, qua singulari ratione Aegyptii in planetarum positionibus et rationibus significandis versati sint, siue quo modo obseruationes suas astronomicas variis in monumentis expresserint posteritatiue ante oculos posuerint. Etiam de hoc veteres, quamuis astronomia ex mysteriis esset <sup>28\*)</sup>, tam multa tradiderunt, vt tota fere Aegyptiorum methodus astronomica perspiciatur aliunde. Denique ea, quae partim veteres docuerunt, partim inscriptiones astronomicae prodiderunt, accurate inter se comparanda et componenda erunt, cui fini Lexicon astronomico-hieroglyphicum inseruiat. Quum enim elementa astronomiae atque signa ad obseruationes astronomicas exprimendas adhibita, siue a veteribus, scilicet Graecis, Latinis, Coptis, Arabibus aliisque indicata, siue a nobis inuenta, inter se consentiant sibiue vere constare cernantur; quumque ea, quae ad veterum auctoritatem exposuerimus et inuenerimus, inter se congruere et ad finem probabilem ducere videantur: concludendum erit, ea, qua processimus, via etiam reliqua Aegyptiorum monumenta obseruationibus astronomicis constantia recte riteque explicari posse.

§. 4.

D e P l a n e t i s.

De planetis, quos dicimus nos, Aegyptii non nisi eos nouerunt, qui solis oculis conspiciuntur et discernuntur, nimirum ♀ ♀ ♂ ♃ ♃, qua de causa ignoti iis manserunt planetae Vranus, Pallas, Ceres, Juno, Vesta <sup>29)</sup>. Praeterea planetas Aegyptii dixerunt etiam ☉ et ☽, quippe qui instar reliquorum per signa Zodiaci moueri, veluti obambulare videntur. Quum ☉ et ☽ magnitudine et splendore vincerent reliquos planetas, Aegyptii haec sidera vocarunt principes, veluti regem reginamque, planetarum reliquarumque stellarum fixarum <sup>30)</sup>. Planetae, quoties ab Aegyptiis commemorantur, hoc ordine veniunt:

1	2	3	4	5	6	7
☽	♀	♀	☉	♂	♃	♃

Ex quo apparet, eos secundum celeritatem, qua in coelo moueri cernuntur, deinceps enumerari <sup>31)</sup>. Eadem est series planetarum, quum, tanquam dii tutelares, partibus Zodiaci, regionibus mundi,

28\*) Martian. Capel. Sat. L. VIII. p. 274. Jul. Firmicus Matern. L. IV. c. 16. p. 107.

29) Proclus Diadochus Paraphras. in Ptol. LI. c. IV. Jul. Firm. Mat. L. I. c. 2. p. 5. Achill. Tatius in Petau. Vranol. p. 136. c. 17., ceteri.

30) Sextus Empir. adu. Math. L. VI. p. 343. ed. Fabr.

31) Dio Cass. L. XXXVII. c. 17. Procl. Diad. L. II. c. 10.



hominum, animalium, vegetabiliumque generibus, artefactis, sonis musicis, vocalibus, consonantibus et aliis rebus praeficiuntur. Omnia enim ac singula entia, mundi vitaeque communis obiectus, in classes diuisa, vnum ex planetis apud Aegyptios habuerunt praefectum vel patronum. Ceterum de variis planetarum circuituibus circum terram eorumque coloribus notandum, inde pendere magna ex parte apotelesmaticas Aegyptiorum opiniones <sup>32</sup>). Nomina planetarum, vt veteres testantur, maxime varia fuerunt, adeo vt ☉ myrionymus, ♃ polyonyma dicerentur; ex quo colligere licet, partim cum nominibus planetarum cognomina eorum et epitheta vsu venisse, partim alias eorum fuisse appellationes in aliis Zodiaci partibus <sup>33</sup>). Alia enim est veluti ☉ persona, quum signo cuidam Zodiaci praeest, alia, quum mensem diemue gubernat. Nomina planetarum vt maxime vulgaria et propria ab astronomis veteribus haec afferuntur: ♄, Graecorum *Κρονος*, *Φαινων*, Aegyptiorum *Νεμεισις*; ♃, Graec. *Ζευς*, *Φαειθων*, Aegyptiorum *’Οσιρις*; ♀, Graec. *’Αρης*, *Πυροεις*, Aeg. *’Ηρακλης*; ♁, Graecorum *’Εωςφορος*, Aeg. *’Αφροδιτη*; ♁, Graecorum *’Ερμης*, *Στιλβων*, Aeg. *’Απολλων* <sup>34</sup>). Idem nomen Aegyptiacum Mercurio tribuunt alii <sup>35</sup>). Quae vero nomina planetarum illa Graeca affert Achilles Tattius, eadem vt Aegyptiaca tradit Firmicus, cuius rei haec esse videtur ratio, quod astronomia Aegyptiaca non distulit initio a Graeca <sup>36</sup>). Auctore Plinio, ♁ etiam Isis, Iuno, mater deorum vocabatur <sup>37</sup>), atque ♀, quem Lydia, Colchis aliaeque terrae Adonin appellant, Aegyptii dixerunt, vt Vettius Valens, astronomus grauissimus nondum editus, vult, etiam *’Αρτης* atque *’Ερτωσι* <sup>38</sup>). Sunt et alia planetarum nomina et cognomina, quae nunc Graeca, nunc Aegyptiaca a veteribus commemorantur, velut *’Ηλιος βασιλευς*, *Μηνη*, *Κυθιερια*, *’Ερμης χρυσοφαης*, *’Ων* 𐤓𐤍, *Πεῖθα*, 𐤒𐤍 pro ☉ ♃ et ♁, eiusque generis alia <sup>39</sup>). Praeterea inueni nomina planetarum Coptica, siue ex Aegyptiaca lingua antiqua, siue ex Graeca corrupta, cum Arabicis in MS. Parisino <sup>40</sup>). Sequitur catalogus nominum.

32) Herod. II. 82. Dio Cass. L. XXXVII. c. 17. c. 18. De literis vid. Demetr. Phal. *περι ἐρμηνειας* §. 71. Nicomach. Geras. Harmon. Manual. L. II. col. Meibonii auct. ant. Mus. Vol. I. p. 37. Irenaeus L. I. c. 14. §. 7. p. 31. a.

33) Vid. Petauii Vranolog. p. 136. §. 17. Achil. Tat. Isag. in Phaenom. Arati l. I.

34) Achil. Tattius Isagoge in Arati Phaenom. Vid. Petau. Vran. p. 136. et pag. 4. Gemini Elementa Astr., quibus in locis dubitatur de nomine ♁ et omittuntur ☉ et ♃.

35) Apuleius de Mundo p. 58. Plin. L. II. c. 8. Macrobius Saturn. L. I. p. 150.

36) Jul. Firm. Mat. Mathes. L. II. c. 2. Col. Salmas. de ann. climact. p. 595. s.

37) Plin. L. II. c. 8. col. Proclus Paraph. L. II. c. 3. p. 97. Julian. imp. Orat. IV. p. 150.

38) Vid. Salmas. de ann. climact. p. 596. Seldenus de Diis Syr. Synt. I. c. 6. p. 186.

39) Manetho Apoteles. L. I. v. 203. 230. L. II. v. 191. 383. Genesis XLI. 45. 50. XLVI. 20. Cyrillus Alexandr. col. Jablonskii Panth. L. II. p. 137. De voce 𐤒𐤍, Ador, Azer, Azar, Odor, nomine ♀, vid. Th. Hydus de rel. vet. Pers. c. 3. De vocabulo *Πεῖθα* vid. annotationem meam in Lycophron. ed. Bachmann Lips. 1829.

40) Bibl. Reg. Codd. MSS. Copt. No. L. p. 8. Lexici. Eadem fere sunt apud Kircherum Lingua Aeg. rest. Rom. 1644. p. 49. Pro vocabulo *COYPOY* legitur in alio MS. Copt. eiusdem biblioth. No. XVII. pag. 𐤒𐤓𐤀, b.

Lin. 4. (Biblioth. St. Germain): *COYPOY* 𐤒𐤓𐤀 بنات نعش i. e. Venus, astrum vrsae. Col. Rossii Etymologiae Aeg. p. 205.



Ordo	Aegyptiace	Coptice	Graece	Latine	Arabice	Colores	Circuitus	alii
1. ☽	Μηνη Μην	πι ιοζ π οοζ συληνη	σεληνη μην	Luna Lunus	القمر	mutabilis	28 dies	27 $\frac{1}{3}$ d.
2. ☿	Ἀπολλων Στιλβων	πι ερμης	Ἑρμοῦς χρυσοφωγῆς στιλβων	Mercurius	عطارد	varius versicolor	365 d.	circiter
3. ♀	Isis Ἀφροδιτη	σογροτ σογρωθ	Ἐωσφορος φωσφορος Ἀφροδιτη	Venus Juno mater deor.	الزهرة	flaua	365 d.	circiter
4. ☉	Ἦν Ἦλια Πεθθα	γλια πι ρη	Ἥλιος βασιλευς	Sol	الشمس	mutabilis	365 d.	365 $\frac{1}{4}$ d.
5. ♂	Ἄρτης Ἐρτωσι Ἡρακλῆς Πυροεις	μιολοχ	Ἄρης πυροεις	Mars	المريخ	rutilus	2 an. 6 m.	circ.
6. ♃	Osiris Φαιθων	ζεγυς	φαιθων Ζεϋς	Jupiter	المشتري	albus	12 anni	circ.
7. ♄	Νεμεις Φαινων	ρεφαν ρηφαν	Κρονος φαινων	Saturnus	زحل	niger (40*) subuiridis	29 anni	30 a. fere

§. 5.

D e Z o d i a c o.

Orbis Aegyptiorum eclipticus, siue zodiacus ea est coeli zona, intra cuius fines, nimirum boreales atque antarcticos, planetae apparent et deinceps moueri videntur, cuiusque in medio, quippe circulo, eclipses ☉ et ☽ fiunt 41). Hic orbis maximus, gradibus 360 constans, cuius partes primariae sunt 12 signa coelestia in vulgus nota, variis modis ab Aegyptiis diuidebatur, vt sequens docet catalogus.

40\*) Aliter Valens (Vid. Salmas. de annis climact. p. 620): ♄ = μελας, ♃ = λαμπρος, ♂ = κήδος, ☉ = διαυγης, (♀) ♀ = ποικιλη, (♀) ♀ = όχρος, ☽ = άρωιδης. Aliter Porphyrius in Tetrabibl. Ptolemaei: ο ♄ βαφης καστοριζουσης, η ♀ λευκης χροιας, ο ♃ γαλακτιζουσης επι το λευκον ορεπουσης μικρον, ο ♂ πυρινης, φλογινης, ♀ αληθινης, ο ☉ χρυσοκιτρινης, η ☽ πρασινου.

41) Vid. Achillis Tat. Isagoge; in Petauii Vranol. p. 144. §. 23. E.

	<i>Nomina portionum</i>	<i>Numerus earum</i>	<i>Longitudo earum et ratio.</i>
1	Hemisphaeria, Semicirculi	2.....	180° continuo
2	Hexagona, Sexangula	2.....	180° non continuo
3	Trientes tempestatum, Horae	3.....	120° continuo
4	Tetragona, Quadrangula	3.....	120° non continuo
5	Quadrantes, Tetartemoria	4.....	90° continuo.
6	Trigona, Triangula	4.....	90° non continuo.
7	Diagonalia, Oppositus	6.....	60° non continuo.
8	Hypsomata, Altitudines	12 (accuratius 7)	30° continuo (ac. 1°)
9	Tapinomata, Deiectiones	12 (accuratius 7)	30° continuo (ac. 1°).
10	Semia, signa, domus	12.....	30° continuo.
11	Stationes Lunae	28.....	13° 4' 17" 2 continuo.
12	Decuriae	36 (3=1 signum)	10° continuo.
13	Horia, Ternini	60 (5=1 signum)	2°—12° continuo.
14	Topi, Loci	120 (10=1 signum)	3° continuo.
15	Dodecatemoria	144 (12—1 signum)	2° 30' continuo.
16	Icostemoria	240 (20=1 signum)	1° 30' continuo.
17	Icostetetartomoria	288 (24=1 signum)	1° 15' continuo.
18	Moerae, Parcae, Gradus	360 (30=1 signum)	1° continuo.
19	Lepta, Minuta	21,600 (60=1 gradus)	0° 1' continuo.

Iam videndum est accuratius de singulis his Zodiaci Aegyptiaci diuisionibus earumque rationibus.

### §. 6.

#### De Hemisphaeriis seu Semicirculis.

Primaria duo Zodiaci Hemisphaeria ii sunt eclipticae semicirculi, qui aequatore terminantur, alter superior borealis, qui ♂ habet dominum; alter antarcticus, ♃ subiectus. Est etiam alia diuisio zodiaci in duo hemisphaeria, quorum alterum, ♃ adscriptum (σεληνιακον), incipit cum signo ♃; alterum, ad ☉ relatum (ήλιιακον), incipit cum Ω<sup>42</sup>) Reliqua sequens schema exhibet.

<i>Nomina</i>	<i>Signa</i>	<i>Gradus</i>	<i>Domini</i>
1 Hemisphaerium superius	Υ    Ϛ    Π    Ϝ    Ω    π	180°	♂
2 Hemisphaerium inferius	♁    η    †    Ϛ    ≍    χ	180°	♃
3 Hemisphaerium solare	Ω    π    ♁    η    †    Ϛ	180°	☉
4 Hemisphaerium lunare	≍    χ    Υ    Ϛ    Π    Ϝ	180°	☾

42) Achilles Tatius Isagoge. Vid. Petau. Vranolog. p. 137. §. 18. pag. 145. 146. Proclus Paraph. Libr. 1. c. XX. p. 53. ed. Lugd. 1654.



Hemisphaeria et lunare et solare cum signis suis 6 depicta cernuntur in mumia Graeco-Aegyptiaca Lugdunensi †).

### §. 7.

#### De 3 Trientibus tempestatum, siue Horis.

Dinisiō Zodiaci in tres partes aequales, nititur diuisione anni apud Aegyptios ciuilis in tres tempestates, siue Horas <sup>43</sup>). Quum vero annus ciuilis quarta diei parte minor esset astronomico, accidit, vt post 1461 annos demum menses cum signis suis congruerent, qua in re versatur periodus canicularis. Sub initium huius periodi autem, vt veteres tradunt, ver incipit, quum Nilus a campis recedit, atque ☉ intrat signum χ. Quatuor mensibus post, quum ☉ ingreditur ☄, vbi canicula locum habet, incipit aestas, quam quatuor mensibus post sequitur hiems, sole in ♁ translato <sup>44</sup>). Quamquam de planetis, his tempestatibus propositis, non satis constat, probabile tamen est, ☿ et ♀ veri, ☉ aestati, ♁ hiemi praeesse <sup>45</sup>).

<i>Nomina</i>	<i>Signa</i>	<i>Gradus</i>	<i>Domini</i>
Veris signa	χ γ δ π	120°	☿ ♀
Aestatis signa	☄ Ω πϕ ϖ	120°	☉
Hiemis signa	♁ ♀ ζ ζ	120°	♁

### §. 8.

#### De Quadrantibus.

Quadrantes Zodiaci, siue quatuor zonae eclipticae partes aequales, oriuntur punctis aequinoctialibus et solstitialibus discernendis. Itaque prima quadrans extenditur ab aequinoctio verno vsque ad solstitium aestiuum, quo incipit secunda et sic porro, vt habeas quatuor anni tempora ad cursum solis relata <sup>46</sup>). De praefectis harum diuisionum Zodiaci, etsi nihil veteres tradiderint, conicio, eos planetas iis tempestatibus praepositos fuisse, inter quorum naturas maxima est similitudo.

†) V. Reuens Lettres à M. Letronne 1830. Atlas. Tab. V. De dominis hemisphaeriorum Horapollo (I. 11.) tradit: Videtur apud Aegyptios Minerua (♁) quidem superius coeli hemisphaerium sorte accepisse, Juno (♁) vero inferius (Vid. infra Part. II. §. 9. Athor.)

43) Diodor. Sic. Lib. I. cap. 16. pag. 15. Wess. ib. cap. 11. et 12. pag. 11 D. et 12 C. (Adde I, 26. c. not. Wesselingii.)

44) Nordmayer Calendar. Aeg. Oeconomicum. Goett. 1792. Ideler Chron. I. p. 125.

45) Haec colligimus ex signis, quibus menses cuiusque tempestatum hieroglyphice indicantur, de quo infra. Col. Proclus Diad. Paraph. L. I. c. 21. p. 56. Lugd. 1654.

46) Achilles Tat. in Petau. Vranolog. p. 151. §. 27. Proclus. Diad. L. I. c. 12. c. 13. c. 14.



<i>Nomina</i>	<i>Signa</i>			<i>Gradus</i>	<i>Domini</i>
Ver	Υ	♃	♄	90°	♃
Aestas	♅	♆	♇	90°	♄
Autumnus	♈	♉	♊	90°	♃
Hiems	♋	♌	♍	90°	♄

§. 9.

D e 12 S i g n i s.

Antiqua zonae eclipticae in 12 partes diuisio non differt a nostra, quippe ab Aegyptiis ad omnes fere populos occidentales propagata. Hae Zodiaci partes vocantur signa, *σημεία*, *ζωδια*, propter stellas in iis collocatas, animalium aliarumque rerum figuras describentes; domus vero, *οἰκοί*, *πυργοί*, *ΝΙΠΥΡΓΟΣ* propter deos planetares iis adscriptos, qui veluti domicilia et dominia signis in singulis habeant. Eadem *δωδεκατημορία* appellantur, quoniam vnum signum duodecimam partem Zodiaci amplectitur<sup>47)</sup>. Horum itaque signorum domini sunt septem planetae, ita vt ☉ et ☽ vnum dodecatorium, reliqui duo possideant, quemadmodum sequens docet tabula. Ceterum, quum septem planetae bina habeant domicilia, ea discernuntur situ, siue orientali, siue occidentali, atque genere. Etenim duodecim signa partim masculina, partim feminina vocantur<sup>48)</sup>. Nomina Arabica et Coptica, siue ex lingua Aegyptiaca, siue ex Graeca arcessita et corrupta, inueni in MS. Coptico Bibliothecae Regiae Parisinae<sup>49)</sup>.

47) Jul. Firmicus Mat. L. II. cap. 2. Proclus L. I. c. 20. Manilius Astronomic. L. II. c. 11. Ptolemaeus Quadripart. L. I. c. 18. Sextus Empir. adu. Astrolog. L. V. c. 34. p. 343. Fabr. rel. Qua de re dominus signi cuiusdam vocatur dominus domus, *δικοδεσποτης*.

48) Vid. loca laudata. Proclus L. I. c. 15. Firmicus L. II. c. 1. pag. 16. Papyr. Salt. astronom. infra. Young Hierogl. T. 51. Manetho Apotelesm. L. I. v. 35. al.

49) Glossarium Memphit. MS. No. L. Bib. Reg. Par. pag. 8. vocabul. Col. Kircher lingua Aeg. Rest. p. 50. In vtroque MS. vix dubium est, quia *φριτιθι* non ad *≡* sed ad *Χ* et *Χριος* non ad *Χ* sed ad *Υ* referendum sit, quum *Χριος* supra significet *Υ*, atque *φριτιθι* cum Graeco *φριθ* unda, undulatio, cohaerere videatur. Conf. Rossii Etymologiae Aegypt. p. 159.

<i>Signa</i>	<i>Coptice</i>	<i>Graece et Latine</i>	<i>Arabice</i>	<i>Domini</i>	<i>Genus et Situs</i>
1 ♈	κρίος πι χρίος	κρίος aries	الحمل	♂ Minerua noctua	masc. oriental.
2 ♉	ταῦρος	ταυρός taurus	التور	♀ Cytherea columba	femin. oriental.
3 ♊	διδύμοι	διδυμοί gemini	الجوزا	♀ Phoebus tripus	masc. oriental.
4 ♋	καρκῶν	καρκίνος cancer	السّرطان	♃ Cyllenius testudo	femin.
5 ♌	λέων	λεων leo	الاسد	♃ Jupiter aquila	masc.
6 ♍	παρθενόπε θούμπε	παρθενός virgo	السنبلة	♀ Ceres corbis	femin. occidental.
7 ♎	ζυγός †μαῶι	ζηλαί libra	الميزان	♀ Vulcanus pileus	masc. occidental.
8 ♏	σκορπίος	σκορπίος scorpio	العقرب	♂ Mars lupa	femin. occidental.
9 ♐	δοξότης	τοξότης sagittarius	القوس	♃ Diana canis	masc. occidental.
10 ♑	ογέρος	αιγοκέρως capricornus	الجدي	♄ Vesta lampas cum capite asini	femin. occidental.
11 ♒	ἀρχώος φρίτιθι	ἑδροχόος aquarius	الدالى	♄ Juno pauo	masc. oriental.
12 ♓	χρίος	ἰχθυίς pisces	الآحوت	♆ Neptunus delphini	femin. oriental.



Nomina et symbola 12 deorum Latina (Col. IV.), qui signis Zodiaci praestent, desumta sunt ex Manilio (Astron. p.170. Bas.) atque de Zodiaco antiquo (Kreuzer Symb. Tab.49).

§. 10.

**D e H y p s o m a t i b u s .**

Hypsomata, siue exaltationes, sunt septem signa, in quibus singuli planetae maxime valeant suamque naturam praecipue exhibeant. Planetis enim omnibus, praesertim ☉ et ♃, Aegyptii vires quasdam singulares adscripserunt. Quamquam hypsoma 30° constat, sunt tamen in singulis exaltationibus seu signis integris singuli gradus, in quibus quum planeta versatur, magis adeo vim suam exercent<sup>50)</sup>. Praeterea apud Chaldaeos et Babylonios planetarum Hypsomata dicuntur eorundem domicilia. Hoc modo ♃, hypsoma ☉, domus ☉ appellatur<sup>51)</sup>. Reliqua tabula apposita docet.

<i>Signa</i>	<i>Domini signorum</i>	<i>Gradus Hypsorum</i>	<i>Praepositi Hypsorum</i>
♃	♂	19°	☉
♄	♀	3°	♃
♅	♃	15°	♄
♆	♀	15°	♅
♇	♄	20°	♆
♈	♂	28°	♇
♉	♄	27°	♈

§. 11.

**D e T a p i n o m a t i b u s .**

Tapinomata, siue Deiectiones, sunt signa Hypsomatibus opposita, siue accuratius, vnus in vnoquoque eorum gradus<sup>52)</sup>. Haec autem signa et gradus planetarum septem vocantur Tapinomata, quoniam, quum planeta quidam in suo versatur Tapinomite, minime exerit facultatem suam. Sequitur conspectus Tapinomatum.

50) Firmicus, Ptolemaeus, Proclus, cet. Vid. not. seq. 51.

51) Firmicus L. II. c. 3. p. 17. Ptolemaeus Quadripartit. L. I. c. XX. p. 15. Proclus L. I. c. 22. Sextus Empir. adu. Astrol. L. V. c. 32. p. 343.

52) Firmicus L. II. c. 3. p. 17. Ptolemaeus Quadrip. L. I. c. XX. p. 15. Proclus L. I. c. 22. Sextus Empir. loco l. Firmicus L. II. c. 12. p. 25. tradit, deiectionem ♃ esse in ♃ 20°, et ♄ in ♄ 28°, et ♅ in ♅ 27°, et ☉ in ♃ 19°, et ♃ in ♄ 15°, atque ♆ in ♃ 15°, quod aperte rectius se habet. Etenim Hypsomata opposita sunt Tapinomatum et contra. Qua de re, quum Hypsoma ☉ est ♃ 19°, rectius haud dubie Tapinoma ☉ est ♃ 19°, quam ♃ 20°. Et sic in reliquis.

<i>Signa</i>	<i>Domuum domini</i>	<i>Gradus Tapinomatum</i>	<i>Praepositi Tapinomatum</i>
Υ	♂	20° (19° ?)	♄
♄	♃	28° (15° ?)	♂
♃	♀	27° (15° ?)	♀
♂	♀	19° (20° ?)	☉
♁	♂	3°	♃
♂	♄	15° (28° ?)	♄
♁	♄	15° (27° ?)	♀

§. 12.

D e T r i g o n i s .

Trigona, siue Triangula, siue Triplicitates, sunt trina Zodiaci signa paribus interuallis inter se distantia, scilicet 90°. Dantur itaque in circulo ecliptico quatuor Trigona, quae, vt omnes Zodiaci partes, suos habent dominos ex diis planetariis. De Trigonis, Tetragonis, Hexagonis vero sciendum, ea alios dominos die, alios noctu habere, quibus praeterea adest tertius deus munifex, qui pro alterutro adhibetur nonnunquam<sup>53</sup>). Scilicet, quum quinque planetae duas habeant domos seu signa, signis vero aliis alii domini Trigonorum, Tetragonorum Hexagonorumque praesent; ea signa inter se distinguuntur, afferendis dominis Trigonorum. Sequitur index Trigonorum eorumque praepositorum.

<i>Ordo Trigonor.</i>	<i>Signa Trigonor.</i>	<i>Domini diurni</i>	<i>Domini nocturni</i>	<i>Munifices</i>
1	Υ ♁ ♀	☉	♄	♂ (♄)
2	♁ ♃ ♂	♀ (♃)	♃ (♀)	♂
3	♂ ♁ ♄	♄	♀	♄
4	♄ ♁ ♁	♀ (♀ ?)	♂ (♃)	♃ (♁)

53) Proclus Diad. Paraphras. L.I. c.XXI. p.55., habet pro 1 Δ dominos ☉ ♄ ♂, neque vero ♄, vt Firmicus tradit L.II. c.II. p.24. Cum Proclo facit Ptolemaeus Quadripart. L. I. c.19. p.14. De dominis Δ 2 inter se consentiunt Proclus, Firmicus et Ptolemaeus, nisi quod Ptolemaeus ♃ diei, ♀ nocti adscribit L.I. c.19. p.15. De Δ 3 nulla est controuersia. Quod vero quartum Δ (♄ ♁ ♁) attinet, Firmicus dominium diei ♀, noctis ♂ tribuit, et vtriusque auxilium ♃ l. c. p.24.25.26., Ptolemaeus vero pro nocte habet non ♂, sed ♃ l. c. p.15. Denique Proclus p.58. adstipulatur Ptolemaeo in eo, quod nocti ♃ dat, atque ♂ munificem dominorum amborum appellat, sed dissentit ab vtroque de domino diei. Scilicet editio mea (Lugd. Bat. 1654) pro domino diei habet ♀ quidem, sed in translatione Latina est Mercurius, ac si interpretes Allatius in Codice suo Romano signum ♀, neque vero ♀ ante oculos habuerit. Itaque probabile, praesertim cum ♀ et ♄ eiusdem naturae putarentur (infr. §.54), vtrumque planetam huic Trigono praefuisse. Caeterum ibidem infra legitur in Graeco et Latino textu pariter ♀ siue Venus. Paulus Alexandrinus vero hos habet dominos: 1: ☉ die, ♄ noctu; 2: ♀ die, ♃ noctu; 3: ♄ die, ♀ noctu (ter); 4: ♀ die, ♂ noctu. Vid. Paul. Al. ed. Viteb. 1586. sine pp.



Ceterum hoc loco commemorandum est, Mineruae (♁) omne Trigonum sacrum fuisse. Vid. Kreuzer Commentationes Herodot. p. 135.

§. 13.

D e T e t r a g o n i s .

Tetragona, siue Quadrangula, cum Triangulis plurima habent communia. Sunt enim quadrina signa Zodiaci paribus inter se distantia interuallis, scilicet 60°; quare non nisi tria numero existunt. Quamquam de dominis Tetragonorum nihil accuratius traditum reperitur; dicuntur tamen a veteribus instar dominorum trigonalium constitui<sup>54</sup>). Itaque, quum in astronomia Aegyptiaca aequabilis obseruetur oeconomia, tabulam sequentem proponere licet.

<i>Ordo Tetragonor.</i>	<i>Signa</i>	<i>Domini diurni</i>	<i>Domini nocturni</i>	<i>Munifices</i>
1	♈ ♉ ♊ ♋	☉	♃	♂ (♁)
2	♌ ♍ ♎ ♏	♀	♄	♂
3	♐ ♑ ♒ ♓	♀	♅	♄

Ceterum tenendam, Tetragona omnino Mercurio (♁) sacra fuisse, vt pluribus demonstrauit Kreuzerus (Comment. Herod. p. 132 ss.). Particeps dominii huius ♁ fuisse videtur (Joh. Lydus de menss. p. 87).

§. 14.

D e H e x a g o n i s .

Hexagona, siue Sexangula, sunt Triangula dimidiata, quare duo tantum in circulo ecliptico reperiuntur. Licet de dominis Sexangulorum nihil certi traditum sit; sequitur tamen ex praecedentibus, eorum naturam non differre a ratione Triangulorum et Quadrangulorum, id quod sequente tabula indicatur<sup>55</sup>).

<i>Ordo</i>	<i>Signa</i>	<i>Domini diurni</i>	<i>Domini nocturni</i>	<i>Munifices</i>
1	♈ ♐ ♒ ♄ ♆ ♁	☉	♃	♂ (♁)
2	♉ ♑ ♓ ♅ ♆ ♁	♀	♄	♂

caput de Trigonis fol. 4. Praeterea monendum est, dominos masculinos cum planetis femininis coniungi, et versa vice, quum obseruationes astronomicae traduntur, atque non solum Trigona, sed etiam Tetragona et Hexagona a ♁ incipere ordinem, vt veteres tradunt.

54) Manilius Lib. II. c. 7. p. 167. Sextus Empir. L. V. §. 39. Censorin. c. 8. Firmicus L. II. c. 25. p. 35. Ptolemaeus Quadr. L. I. c. 14. p. 12.

55) Vid. Firmicus L. II. c. 25. p. 35. Ptolemaeus Quadripart. l. c. Censorin., Sextus Empir., Manilius locc. laudd. all.

§. 15.

De Diametris.

Diagonalia, siue Diametra, vel Oppositus, sunt signa singulis signis opposita, quae Firmicus aliique Occasus appellant. Quamquam singula signa vnum tantum habeant dominum, valde tamen probabile est, iis, vt Diametris, alios diurnos dominos, alios nocturnos, alios denique munifices praepositos fuisse, id quod etiam valet de signis coniunctis, siue iis Zodiaci dodecatemoriis, quae ab alterutra parte confinia cernuntur<sup>56)</sup>. Saltem recte se habent, quae sequuntur.

<i>Ordo</i>	1	2	3	4	5	6
<i>Domini</i>	♂	♀	♃	♄	♅	♆
<i>Signa</i>	♈	♉	♊	♋	♌	♍
<i>Opposita</i>	♎	♏	♐	♑	♒	♓
<i>Domini</i>	♀	♂	♄	♃	♅	♆
<i>Ordo</i>	7	8	9	10	11	12

§. 16.

De 28 Stationibus Lunae.

Stationes Lunae, quae Coptice et Arabice NI MONI (al. MONH) NTE † METIOZ المنازل القمرية, mansiones lunae appellantur, eae sunt partes Zodiaci, quas ♃ vnus diei decursu circiter emittitur, scilicet a ♈ incipiens, ita vt zona ecliptica ab hoc inde puncto in 28 partes aequales diuidatur. Vna igitur statio lunaris amplectitur 12° 51' 25" 714. Hae partes Zodiaci a stellis singulis, vt apparet, nomina acceperunt; sed non raro accidit, vt stellae stationi cuidam adscriptae in alia statione reperiantur. Cuius rei haec est ratio. Scilicet propter recessum punctorum aequinoctialium, stellarum situs mutatus est. Atque iam Firmicus testatur, particulas Zodiaci ad stellas etiam referri, quae in illa particula locum iam non habeant<sup>57)</sup>. Nomina stationum Coptica, siue ex antiqua lingua Aegyptiaca, siue e Graeca petita et corrupta, cum translatione Arabica inueni in MS. Bibliothecae Regiae Parisinae, qui passim differt a MS. Kircheriano et lectione Ideleriana et Rossiana, vt sequens Tabula docet<sup>58)</sup>. Ceterum, cum Aegyptii ordine planetarum naturali planetis adscripserint rerum fere omnium series, vix dubium est, quin domini a me adscripti recte se habeant; atque probabile est, tres in vnaquaque statione dominos fuisse, alium die, alium noctu, tertium munificem, vt supra vidimus<sup>59)</sup>.

56) Firmicus Lib. I. cap. 12. p. 25. Proclus L. I. c. 16. pag. 49. rel. locc. laudd. Manilius c. 8. p. 168.

57) Firmicus L. II. cap. IV. pag. 17. ed. Bas. an. 1551.

58) Glossarium Memphiticum MS. Bib. Reg. Par. No L. p. 9. seq. vocab. Kircher Lingua Aegyptiaca restit. p. 50. ss. Ideler Ueber den Ursprung und die Bedeutung der Sternnamen. Berl 1809. pag. 120. 148. 287. Rossii Etymologiae Aegypt. Rom. 1808. p. 160. seq. Vbi differt lectio, adieci K pro Kircherio, R pro Rossio, I pro Idelero, MS pro codice Parisino dicto.

59) Addere liceat, a probabilitate non alienum esse, dominos stationum lunarium eos fuisse, quos Dio innuit. Scilicet Dio Cassius L. XXXVII. c. 17. nomina dierum a planetis sic deducit. „Posito ordine planetarum, inquit, ♃ ♄ ♂ ☉ ♀ ♃ ♄, quum singulos inde excerptas secundum interuallum musicum, quod



Ordo	Signa Domini	Coptice	Arabice	Stellae praepositae	Initia
1	Υ ♃	πι κγτωριον	السَّرطِين I. الشَّرطِين	duae stellae in capite Υ sc. β et γ. (I.)	Υ 0° 0' 0" 0
2	Υ ♆	κολιων	البَطِين	Triangulus in ventre Υ sc. δ ε et 3 ρ (I.)	Υ 12° 51' 25" 71
3	Υ ♁	ὠριας (εζαντραν. MS) εζατραν	(MS. التريا (التريا	Pleiades in ♁.	Υ 25° 42' 51" 42
4	♃ ☉	πι ὠριων	الذِّبْران	Oculus ♃ sc. α in ♃	♃ 8° 34' 17" 14
5	♃ ♀	κλγσος	الْبُهْنَعَة	tres stellae super humeros ♀ siue stellae ad caput Orionis (I.)	♃ 21° 25' 42" 86
6	♂ ♃	κλαρια (χλαρια. MS)	الْبُهْنَعَة	sinister humerus ♀ sc. γ et ξ in ♀ (I.)	♂ 4° 17' 8" 58
7	♂ ♃	πι μαρι	الذِّراع (MS. دراع الاسد)	Leonis pes, vel α β in ♀.	♂ 17° 8' 34" 29
8	♃ ☽	† αρμελια (τερμελια. K.)	النَّثْرَة (K. et MS. النثرة)	nebula in Ω (K.), siue praesepe cum asellis (I.)	♃ 0° 0' 0" 0
9	♃ ♆	πι λγτος	الطَّرْف	iuxta ♃, vel ξ in ♃ et λ in Ω.	♃ 12° 51' 25" 71
10	♃ Ω ♀	† τερني	الْجَبِيَة	Leonis frons, sc. ζ γ η α in Ω.	♃ 25° 42' 51" 42
11	Ω ☉	πι χωριων leg. χωρτον	الخَرْتان (الخرتان) (MS. الزبيرة (الجربان)	Leonis iuba, sc. δ et θ in Ω (I.)	Ω 8° 34' 17" 14
12	Ω ♀	ασφγλια	الصَّرْفَة	Leonis iuba, sc. β in Ω (I.)	Ω 21° 25' 42" 86
13	♄ ♃	αβικια αβγκια. K.	(I. MS. الاعوال (العوا	quatuor vel quinque stellulae, sc. β η γ δ ε in ♄	♄ 4° 17' 8" 58
14	♄ ♃	χωριτος χοριτος. K.	(K. السمك الاعوال (R. السمك الاعوال (I. السمك (MS. الشمال الاعرك)	iuxta Libram sc. spica Virginis (I.)	♄ 17° 8' 34" 29

quartum dicitur, hunc ordinem habes : ♃ ☉ ☿ ♆ ♃ ♁, qui est ordo dierum hebdomadis. Quum vero stationes ☿ quatuor hebdomates expleant, inde concludi potest, eundem quoque ordinem esse praepositorum stationum lunarium. Sed haud dubie differunt diuisiones temporum a Zodiaci partibus, atque ex ratione Aegyptiorum, quod infra clarius erit, id potius agendum erat, ut certo quodam tempore certisque planetarum locis inventis numina quam maxime diuersa simul regnare viderentur.

Ordo	Signa Domini	Coptice	Arabice	Stellae praepositae.	Initia.
15	♁	ΧΑΜΒΑΛΙΑ	أنغفر	tres stellulae, sc. φ ι x in ♁ (I.)	♁ 0° 0' 0" 0
16	♁	πριτιϑι	(K.) الزبابات (I.) (MS.) اربابان	duo cornua in cauda ♁, vel α β in ♁ (I.)	♁ 12° 51' 25" 71
17	♁	στεφανι	الاكليل	quatuor stellae iuxta coronam sc. β, δ, π in ♁ (I.)	♁ 25° 42' 51" 42
18	♁	ΧΑΡΤΙΑΝ. Κ. ΧΑΡΘΙΑΝ	انقلب	Regulus, siue cor Leonis, siue Antares.	♁ 8° 34' 17" 14
19	♁	βιω† ΑΓΓΙΑ	(MS.) الشولة (الشوكه)	cauda ♁ iuxta caniculam sc. λ, υ in ♁ (I.)	♁ 21° 25' 42" 86
20	♁	ΝΙΜΑΜΡΕΒ. R. ΝΙΜΑΜΡΕΖ	النعائم	octo stellae forma tabulae in ♁.	♁ 4° 17' 8" 58
21	♁	πολις	البلدة	sine stellis inter duo signa sc. in ♁ (I.)	♁ 17° 8' 34" 29
22	♁	ΥΠΕΥΣΤΩΣ	(I. R.) سعد الدابح (MS.) سعد الدابح (K.) سعد الدابح	medium ♁, siue α et β in ♁ (Id.)	♁ 0° 0' 0" 0
23	♁	ΥΠΕΥΡΙΤΩΣ	(MS.) سعد بلع (بلغ)	finis ♁, initium ⚹, vel μ, ν, ε in ⚹ (I.)	♁ 12° 51' 25" 71
24	♁	ΥΠΕΓΙΠΕΥΤΗΣ ΥΠΕΓΙΝΕΥΤΗ. Κ.	سعد السعود	medium ⚹, sc. β, ζ in ⚹ (I.)	♁ 25° 42' 51" 42
25	♁	ΥΠΕΥΘΕΡΙΑΝ	سعد الاخبية	finis ⚹, initium ⚹, sc. γ, ζ, π, η in ⚹.	♁ 8° 34' 17" 14
26	♁	αργλος	الفرغ المقدم (MS.) الفرغ	in ⚹, vel α β in Pegaso (I.)	♁ 21° 25' 42" 86
27	♁	αργλοσια	الفرغ الموخر	in ⚹, vel γ in Pegaso et α in Andromeda (Id.)	♁ 4° 17' 8" 58
28	♁	κγτων	بطن الخوت (K.) بطن الخوت	Venter balaenae, vel β Andromedae (I.)	♁ 17° 8' 34" 29



§. 17.

De 36 Decuriis.

Decuriae, siue deni Zodiaci atque signorum gradus, quarum domini vocantur decani, facies, προσωπα, פנים, quamuis saepissime commemoratae, accuratius tantum a Firmico, Vettio Valente et Origine describuntur <sup>60</sup>). Decuriarum domini sunt planetae, vt reliquis Zodiaci in partibus, quo ordine apud Aegyptios veniunt, ita tamen, vt ab ultimo, scilicet ♄, initium fiat, atque ♃ in ♈ 0° incipiat. Praeter dominos tres, qui ad stellas singulas, etiam in alienis locis positas, relati sunt, vt Sothis decanus ad stellam caniculam, Sothem siue Sirium, signum quoduis nouem praepositos habet, ita vt pro decuriis singulis tres munifices, siue synergi, reperiantur <sup>61</sup>). Haec esse ratio videtur, ob quam nomina decanorum a veteribus commemorata passim valde inter se discrepant, si ab eo discesseris, quod librarii vocabula tam obscura, barbara et illecta magnopere torserunt. Addere licet, totam Aegyptum instar Zodiaci in 36 decurias siue Nomos diuisam fuisse. Praeterea, quamquam decani singuli in decem integros gradus imperium suum exercere dicuntur, sunt tamen in vnaquaque decuria partes singulares prae ceteris addictae suis dominis, quae sedes decanorum appellantur. Tabula sequens exhibet ordinem decuriarum, decanos, eorum nomina, domicilia et sedes, prout veteres ea tradiderunt. Nomina ab Origine allata cum reliquis conferre studui.

Ordo	Domini Signa	Firmicus	MS. Vett. Valens	Origines	Domicilia	Sedes
1	♂	Asiccan	Χονταρε	— —	♈ 0° — 10	3° — 8°
2	☉	Senacher	Χονταχρε	Χνατ	10 — 20	17 — 20
3	♀	Asentacer	Σεκετ	Σικατ	20 — 30	26 — 30
4	♁	Asicath	Χωου	Βιον	♁ 0° — 10	3 — 11
5	♃	Viroaso	Έρω	Έρεβιον	10 — 20	13 — 21
6	♄	Aharph	Ρουβομαρε	Ρομανορ	20 — 30	26 — 30
7	♃	Thesogar	Θοσολκ	— —	♃ 0° — 10	0 — 7
8	♂	Verasua	Οιαρε	— —	10 — 20	9 — 14
9	☉	Tepisatosoa	Φονορ	Ρεινουορ	20 — 30	17 — 23
10	♀	Sothis	Σωθις	— —	♁ 0° — 10	6 — 12
11	♁	Syth	Σιτ	— —	10 — 20	14 — 18
12	♃	Thumis	Χνουμις	Χνουμιν	20 — 30	20 — 29

60) Firmic. Lib. II. p. 17. Lib. IV. pag. 107. c. 16. Salmasius de ann. climacter. p. 610. ed. 1648. Bat. Origines contr. Celsum L. IV. Salmasius de ann. Climact. p. 61. Dupuis Origine de tous les cultes T. I. p. 180. Jamblich. de myster. Aeg. c. 39. Indi decanos non solum pariter atque Persae aliique in Zodiacum receperunt, sed etiam idolo cum 36 capitibus repraesentarunt. Vid. I. Scaliger not. in Manil. p. 336.

61) Jul. Firmicus Mat. Lib. II. cap. IV. pag. 17.

<i>Ordo</i>	<i>Domini</i>	<i>Signa</i>	<i>Firmicus</i>	<i>MS. Vett. Valens</i>	<i>Origines</i>	<i>Domicilia</i>	<i>Sedes</i>
13	♃	♏	Aphruimis	Χαρχουμης	Χναρχουμην	♏ 0° — 10	0° — 7°
14	♃		Sithacer	Ἡπη	— —	10 — 20	10 — 14
15	♃		Phuonisie	Φουπη	— —	20 — 30	20 — 30
16	♃	♐	Thumis	Τωμ	— —	♐ 0° — 10	5 — 9
17	♀		Thopitus	Οίεσσυκατι	— —	10 — 20	17 — 20
18	♀		Aphut	Ἀφοσο	— —	20 — 30	23 — 27
19	♃	♑	Serucuth	Σουχωε	— —	♑ 0° — 10	0 — 5
20	♃		Aterechinis	Πτηχουτ	— —	10 — 20	13 — 16
21	♃		Arepien	Χονταρε	(Κνατ ?)	20 — 30	24 — 27
22	♂	♒	Sentacer	Στωγγηγε	(Σικατ ?)	♒ 0° — 10	3 — 8
23	♃		Tepiseuth	Σεσμε	— —	10 — 20	14 — 20
24	♀		Senciner	Σιεμε	— —	20 — 30	22 — 27
25	♀	♃	Eregbuo	Ἐρηουω	— —	♃ 0° — 10	0 — 8
26	♃		Sagen	Σεσμε	— —	10 — 20	11 — 19
27	♃		Chenen	Κουμμε	— —	20 — 30	23 — 30
28	♃	♄	Themeso	Σματ	— —	♄ 0° — 10	6 — 10
29	♂		Epima	Σρω	— —	10 — 20	15 — 19
30	♃		Homoth	Ἰσρω	— —	20 — 30	24 — 30
31	♀	♁	Oroasoer	Πτιαν	— —	♁ 0° — 10	4 — 9
32	♀		Astiro	Ἀσεν	— —	10 — 20	13 — 19
33	♃		Tepisatras	Πτηβιον	(Βιον ?)	20 — 30	22 — 30
34	♃	♅	Archatapias	Ἀβιον	(Ερεβιον ?)	♅ 0° — 10	6 — 12
35	♃		Thopibui	Χονταρε	— —	10 — 20	15 — 19
36	♂		Atembui	Πτιβιον	— —	20 — 30	25 — 28

Huic Zodiaci in 36 decurias diuisioni ea fuisse videtur proxima, qua 72 partes oriuntur. Traditur enim obiter, regiones etiam 72 a veteribus numerari. Huc spectat illud, 72 heroes cum Typhone contra Osiridem conspirasse, quibus singulis, Osiride primum in 36, hinc in 72 partes dissecto, vna Osiridis pars data fuerit\*). Horizontis vero diuisiones conueniunt cum Zodiaci partitionibus. Item Horapollo (I. §. 14. p. 26.) tradit, mundum pariter atque cynocephalum 72 partibus ac regionibus constare.

\*) Horapollo L. I. c. 14. Jablonskii Pantheon Aeg. Lib. V. c. III. § 7.



§. 18.

De Horiis.

Horia, siue Termini, sunt quinae cuiusque signi partes, longitudine inter se diuersae; quorum tria genera a veteribus commemorantur, Aegyptiaca, Chaldaica et Ptolemaei inuenta. Quum Horia Chaldaica et illa Ptolemaei, quae serioris aetatis sunt, in Aegypto non adhibita fuerint, vt vidi; non nisi de Aegyptiacis nobis agendum erit accuratius. Aegyptiorum Horia, 60 numero, quinque planetis ♃ ♀ ♂ ♄ et ♅ adscribuntur, quare singuli eorum 12 Horia possident, ita quidem vt de 360 gradibus eclipticae habeant

<i>Planeta</i>	♀	♀	♂	♄	♅	Summa
<i>Gradus</i>	76	82	66	79	57	360°

Nam ☉ et ☽ inter dominos Horiorum, qui Horiocratores vocantur, non reperiuntur, atque Horiocratores id habent proprium, quod munifices non admittunt. Ceterum ordo Horiocratorum atque longitudo Horiorum in singulis signis apud Aegyptios tam varia est, vt frustra huius rei leges quaeras, quemadmodum veteres iam tradiderunt <sup>62)</sup>. E tabula sequenti apparet, qui sint Horiocratores, et quonam ordine apud Aegyptios, quibus punctis incipiant Horia, quotque gradus amplectantur in singulis Zodiaci signis.

	<i>Ordo</i>	<i>Initium</i>	<i>Longitudo</i>		<i>Ordo</i>	<i>Initium</i>	<i>Longitudo</i>
♈	1 ♄	0° — 6°	6	♉	1 ♀	0° — 8°	8
	2 ♀	7 — 12	6		2 ♀	9 — 14	6
	3 ♃	13 — 20	8		3 ♄	15 — 24	8
	4 ♂	21 — 25	5		4 ♅	25 — 27	5
	5 ♅	26 — 30	5		5 ♂	28 — 30	3
♊	1 ♃	0° — 6°	6	♊	1 ♂	0° — 7°	7
	2 ♄	7 — 12	6		2 ♀	8 — 13	6
	3 ♀	13 — 17	5		3 ♃	14 — 19	6
	4 ♂	18 — 24	7		4 ♄	20 — 26	7
	5 ♅	25 — 30	6		5 ♅	27 — 30	4
♋	1 ♄	0° — 6°	6	♋	1 ♃	0° — 7°	7
	2 ♀	7 — 11	5		2 ♀	8 — 17	10
	3 ♅	12 — 18	7		3 ♄	18 — 21	4
	4 ♃	19 — 24	6		4 ♂	22 — 28	7
	5 ♂	25 — 30	6		5 ♅	29 — 30	2

62) Firmicus L. II. c. 6. Ptolemaeus Quadrip. L. I. c. 21. p. 17. Proclus Diad. L. I. c. 23. p. 64. 66. Dorotheus Sidonius, Vettius Valens al. Vid. Salmas. de ann. climact. p. 288. ss.

	<i>Ordo</i>	<i>Initium</i>	<i>Longitudo</i>		<i>Ordo</i>	<i>Initium</i>	<i>Longitudo</i>		
♁	1	♄	0°—6°	6	♆	1	♂	0°—7°	
	2	♀	7—14	8		2	♀	8—11	4
	3	♃	15—21	7		3	♀	12—19	8
	4	♀	22—28	7		4	♃	20—24	5
	5	♂	29—30	2		5	♄	25—30	6
♂	1	♃	0°—12°	12	♄	1	♀	0°—7°	
	2	♀	13—17	5		2	♃	8—14	7
	3	♀	18—21 (23)	4 (6)*		3	♀	15—22	8
	4	♄	22—24 (27)	5 (4)		4	♄	23—26	4
	5	♂	25—30	4 (3)		5	♂	27—30	4
♁	1	♀	0°—7°	7	♃	1	♀	0°—12°	
	2	♀	8—13	6		2	♃	13—16	4
	3	♃	14—20	7		3	♀	17—19	3
	4	♂	21—25	5		4	♂	20—28 (27)	9 (8)**
	5	♄	26—30	5		5	♄	29—30	2 (3)

Ab his Horiis Aegyptiacis, vti monitum est, differunt Horia Chaldaica, non solum ordine dominorum, qui, quum apud Aegyptios a signorum dominis petantur, apud Chaldaeos Trigonorum dominos sequuntur; sed etiam ambitu Horiorum, qui aequabili ratione deinceps in quouis signo minuitur, quod vno exemplo illustretur. De Ptolemaei, qui Hypsomata praeposuit et, qui etiam ☉ et ☽ Horia tribuit, Valentis Horiis, quippe quae recentioris aetatis sunt, non iuvat disserere accuratius <sup>63</sup>).

### Horia Aegyptiaca, Chaldaica, Ptolemaeica comparata.

	<i>Ordo</i>	<i>Dom. Aeg.</i>	<i>Dom. Chald.</i>	<i>Dom. Ptol.</i>	<i>Long. Aeg.</i>	<i>Long. Chal.</i>	<i>Long. Ptol.</i>
♁	1	♃	♃	♃	6	8	6
	2	♀	♀	♀	6	7	8
	3	♀	♄	♀	8	6	7
	4	♂	♀	♂	5	5	5
	5	♄	♂	♄	5	4	4

\*) Nota. Numeri ( ) inclusi, sunt ex tabula Firmici L. II. c. 6. p. 19, quae, quum sint contra et Proclum, et Ptolemaeum, et Dorotheum, pro erroribus habeantur.

\*\*\*) Ex tabula Firmici L. II. c. 6. p. 19, haud dubie falsa.

63) Ptolemaeus Quadr. L. I. c. XXI. p. 17. 18. Proclus L. I. c. XXIV. p. 68. Sextus Empir. adu. Ast. L. V. c. 37. Salmasius de Ann. Climaet. p. 292.



§. 19.  
D e T o p i s.

Topi, siue Loci, sunt decem partes aequales vnus signi, quare circulus eclipticus 120 Topos, vel Locos continet, quorum singuli 3° constant. De dominis Locorum id tantum a veteribus traditur, eos instar Horioratorum Chaldaicorum eligi. At difficillimum est, iudicare de legibus, ad quas Horiis Chaldaei dominos suos addixerunt. Quamquam enim docent, primum Horioratorum, si a ♀ incipias, esse dominum huius Trigoni, scilicet ♃; secundum secundi Trigoni dominum, siue ♀; tertium tertii ♃, et sic porro: contendunt tamen, hunc ordinem non vbique seruari<sup>64</sup>). Quare sine aliis auxiliis nihil certi de dominis Toporum tradendum esse videtur, nisi id, quod ex illo praecepto sequitur, ☉ et ☽ nullam habere inter Locos dominationem. Sin domini Locorum, quod vero simillimum videtur, eo ordine sese excipiunt, vti Horioratores Chaldaei, hi sunt Locorum certe in ♀ et ♂ domini.

♀	<i>Ordo</i>	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
	<i>Domini</i>	♃	♀	♃	♄	♂	♃	♀	♃	♄	♂
♂	<i>Gradus</i>	3	6	9	12	15	18	21	24	27	30
	<i>Domini</i>	♀	♃	♄	♂	♃	♀	♃	♄	♂	♃
	<i>Gradus</i>	3	6	9	12	15	18	21	24	27	30

§. 20.  
D e D o d e c a t e m o r i i s.

Dodecatemoria, vel Duodecatemoria, Duodecimae, sunt duodecim partes vnus signi aequales, quare numerantur 144 per circulum, singula 2° 30' longa. De quorum dominis Empiricus et Ptolemaeus tradunt, eos esse domorum dominos secundum signorum successionem. Disertius tradit Sextus Empiricus, veluti in ♀ primum Dodecatemorium dici ♀ *et masculinum*, secundum ♂ *et femininum*, siue, quod idem est, quodque ex Ptolemaeo sequitur, ♂ *et masculinum*, ♀ *et femininum*<sup>65</sup>). Aegyptii enim pro signis nominant domus planetarum, vel dominos domiciliorum seu signorum. Qua ex lege habemus dominos Dodecatemriorum in ♀ et ♂ et ♀ infra indicatos. In reliquis enim similis est ratio.

64) Ptolemaeus Quadripart. L. I. c. 22. p. 19. „Quidam vero, inquit, per alias partes, per X scilicet, signa diuiserunt, secutique sunt in ordine id, quod Chaldaei in terminorum ordine sequebantur.“ Proclus Paraphr. Lib. I. cap. XXII. p. 19. Cap. XXV. p. 73. Ibidem duodecimas vnus partes vocat locos, seu topos.

65) Ptolemaeus Quadripart. L. I. c. XXII. p. 19. Sunt, inquit, qui per partes praedictis partibus breuiores, locos scilicet duodecimas vnus signi partes, quae sunt duorum graduum et semis, Zodiacum diuiserunt, quarum dominos domorum dominos posuerunt, secundum signorum successionem. Sext. Empir. adu. Ast. L. V. c. 9. p. 339. ενιοι δε και, inquit, εκασιον ζωδιον εις δωδεκατημορια διελοντες, τη αυτη σχεδον εφοδω χρωνται. οιον επι κριου, το μεν πρωτον δωδεκατημοριον αυτου, κριον τε καλουσι και αβρον, το δε δευτερον ταυρον τε και δηλη, το δε τριτον διδυμους. τε και αβρον. και επι των αλλων μοιρων ο αυτος λογος. Vid. Scaliger ad Manil. p. 112.

	<i>Ordo</i>	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
Υ	<i>Dom.</i>	♂	♀	♀	♃	♄	♀	♀	♂	♃	♃	♃	♃
	<i>Signa</i>	♃ et mas.	♃ et fem.	♃ m.	♃ f.	♃ m.	♃ f.	♃ m.	♃ f.	♃ m.	♃ f.	♃ m.	♃ f.
	<i>Init.</i>	0° —	2° 30' —	5° —	7° 30' —	10° —	12° 30' —	15° —	17° 30' —	20° —	22° 30' —	25° —	27° 30'
♃	<i>Dom.</i>	♀	♀	♃	♄	♀	♀	♂	♃	♃	♃	♃	♂
	<i>Signa</i>	♃ et mas.	♃ et fem.	♃ m.	♃ f.	♃ m.	♃ f.	♃ m.	♃ f.	♃ m.	♃ f.	♃ m.	♃ f.
	<i>Init.</i>	— 2° 30'	— 5°	— 7° 30'	— 10°	— 12° 30'	— 15°	— 17° 30'	— 20°	— 22° 30'	— 25°	— 20° 30'	— 30°
Π	<i>Dom.</i>	♀	♃	♄	♀	♀	♂	♃	♃	♃	♃	♂	♀
	<i>Signa</i>	♃	♃	♃	♃	♃	♃	♃	♃	♃	♃	♃	♃

§. 21.

De Icostemoriis.

Icostemoria, siue Vigesima, sunt viginti vnus signi partes aequales, 1° 30' longae. Quamquam enim haec Zodiaci diuisio diserte non commemoratur a veteribus, diserte tamen ab iis traditur, priores diuisiones, vt Pemptemoria, Decatemoria, Dodecatemoria, rursus diuidi in minores partes vsque fere ad infinitum <sup>66)</sup>. Est etiam tantum interuallum a Dodecatemoriis ad Gradus, vt sua sponte clarum sit, si ad priorem maiores partes semper minoribus distinguendi modum, siue ad analogiam respicias, inter Dodecatemoria et Gradus fuisse alias quoque diuisiones his quidem maiores, illis vero minores. Idem valet de Icostotetartemoriis, de quibus infra dicendum erit. Quod dominos Icostemiorum attinet, vix dubium est, eos ordine Toporum venire, quum Icostemoria sint Topi dimidiati, quumque eadem ratio intercedat Trigona et Hexagona, quae sunt Trigona dimidiata. Quum vero de dominis Toporum, vt vidimus, non satis constet, non satis certa esse videntur, quae de dominis Icostemiorum tradita sequuntur.

<i>Ordo</i>	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
Υ	♃	♀	♃	♀	♂	♃	♀	♃	♀	♂	♃	♀	♃	♀	♂	♃	♀	♃	♀	♂
♃	♀	♃	♀	♂	♃	♀	♃	♀	♂	♃	♀	♃	♀	♂	♃	♀	♃	♀	♂	♃

§. 22.

De Icostotetartemoriis.

Icostotetartemoria, quae barbare dicere liceat, sunt viginti quatuor vnus signi partes aequales, 1° 15' longae. Sequitur haec diuisio ex eo, quod Aegyptii secundum astronomorum testimonia particulas Zodiaci minores Dodecatemoriis et paullo maiores Gradibus habuerint, quodque saltus est a partibus 2° 30' ad 1°, vt § praecedente monuimus. De dominis Icostotetartemiorum clarum est, quum sint Dodecatemoria dimidiata, eos ordine dominorum Dodecatemiorum procedere, vt sequens tabula de Υ et ♃ docet <sup>67)</sup>.

66) Proclus Paraphras. in Ptolem. Quadrip. Lib. I. cap. XXV. p. 73. Firmicus Lib. II. cap. IV. pag. 17., quo loco nouem vnus signi munifices, veluti 9 Musae, cogitari non possunt particulis vnus signi aequalibus carentes.  
67) Vid. supra §. 20. atque notata nostra sub 66.



<i>Ordo</i>	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24
Υ	♂	♀	♀	♃	♄	♀	♀	♂	♃	♃	♃	♃	♂	♀	♀	♃	♄	♀	♀	♂	♃	♃	♃	♃
Ϛ	♀	♀	♃	♄	♀	♀	♂	♃	♃	♃	♃	♂	♀	♀	♃	♄	♃	♀	♂	♃	♃	♃	♃	♂

§. 23.

**De Gradibus, siue Moeris.**

Diuisio Zodiaci in 360 Gradus adeo solemnis fuit, vt etiamnum apud nostrates in vsu sit, quippe ab Aegyptiis ad omnes fere gentes occidentales subiinde propagata. Nititur enim haec diuisio Zodiaci, pariter atque circuli, partitione anni vagi, 360 diebus constantis. Dominus Gradus appellatur *Moira*, Parca, † τωτερ, اندرجه; nec difficile est, de eorum natura aliquid certi tradere<sup>68</sup>). Scilicet Paulus Alexandrinus loco laudato exhibet dominos Graduum, siue Moeras omnes. Cum Paulo Alexandrino consentit Firmicus Maternus, licet Myriogenesis illa (Lib. VIII. cap. XIX.) magis ad singulas vnus signi triginta stellas, quam ad triginta vnus signi gradus eorumque dominos spectare videatur. Scilicet Firmicus loco laudato cuiusque gradus vires et effectus describit, ex quo, cognita planetarum natura, vt infra docebitur, ipsas eruere licet dominorum naturas et nomina. Quum igitur illum catalogum (pag. 223 — 243) perlustrare velis, inuenies, post septimum quemque gradum plerumque vel eadem vel similia tradi apotelesmata, atque primam cuiusque signi Moeram idem fere significare atque dominum signi. Ex quo sequitur, dominum Gradus primi in signo vnoquoque cum domino signi ipsius congruere. Porro quum, inuento Gradus domino, de eius pedissequo quaeras, quasi vbique ex hoc ordine esse apparet: ♃ 4 ♂ ☉ ♀ ♀ ♃. Itaque haec lex Moerarum est, vt primus cuiusuis signi gradus habeat dominum eum, quem habet id signum, vel ea domus. Secunda Moera est ea, quae in ordine planetarum ♃ 4 ♂ ☉ ♀ ♀ ♃ post primam locum habet. Denique haec series vsque ad finem repetitur. Itaque clarum est, maxime e Paulo Alexandrino, ordinem dominorum Graduum siue Moerarum eum esse, quem sequens tabula docet de Υ et Ϛ. In reliquis enim eadem est ratio. Ceterum commemorandum est, alias Moeras deinceps masculinas, alias femininas esse<sup>69</sup>).

Υ domus ♂	<i>Ordo</i>	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15
	<i>Domini</i>	♂	♄	♀	♀	♃	♃	♃	♂	♄	♀	♀	♃	♃	♃	♂
	<i>Ordo</i>	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30
	<i>Domini</i>	♄	♀	♀	♃	♃	♃	♂	♄	♀	♀	♃	♃	♃	♂	♄

Ϛ domus ♀	<i>Ordo</i>	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15
	<i>Domini</i>	♀	♀	♃	♃	♃	♂	♄	♀	♀	♃	♃	♃	♂	♄	♀
	<i>Ordo</i>	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30
	<i>Domini</i>	♀	♃	♃	♃	♂	♄	♀	♀	♃	♃	♃	♄	♂	♄	♀

68) MS. Copt. Memphit. Bibl. Reg. Paris. No. L. Vocabul. p. 10. Kircher Ling. Aeg. Rest. p. 53. Firmicus L. VIII. c. 19. p. 223. Paulus Alexandrinus ed. Viteberg. 1586. sine pagg. fol. 20.

69) Firmicus L. IV. c. XVII. p. 111. seq. Ptolemaeus Quadripart. L. I. c. XXII. p. 19. Vid. Tab. I. no. 22. 23.

§. 24.

De Leptis.

Lepta, siue Minutae, † ογερδι, † ογερδι الدقيقة الهجعة, sunt 60 vnus gradus partes longitudine inter se pares. Quamquam veteres accuratius de Leptis non disseruerunt; de eo saltem dubitare non licet, singulis Minutis dominos praefuisse, qui, siue septeni, siue quini, certo quodam ordine inuicem per singulos gradus atque signa sese exciperent Minutis enim pariter atque Moeris certas quasdem potestates et effectus tribuisse veteres, consentaneum est, de quo idem liber Anubidis, Myriogenesis appellatus, egisse videtur. Quemadmodum vero ex Sexto Empirico patet, Lepta esse minutissimas Zodiaci partes, ita ex Firmico colligitur, etiam Minutas in minores partes, forte in Secundas, vt apud nostrates obtinet, diuisas fuisse<sup>70</sup>). Quod dominos Leptorum attinet, quum 60 sint in vno gradu, siue bis 30, coniiicere licet, eorum ordinem cum Moerarum ordine conuenire. Hinc, in ♃ Gradu primo et secundo, non abhorret a veri specie, hos fuisse dominos Leptorum:

♃ 1°	♂ ♀ ☿ ♃ ♄ ♂ ♀ ☿ ♃ ♄ ♂ ♀..... ♄
♃ 2°	♀ ☿ ♃ ♄ ♂ ♀ ☿ ♃ ♄ ♂ ♀..... ♂

Sed haec non nisi aliis scriptis ac testimoniis satis ad liquidum perduci poterunt.

§. 25.

De Stellis Zodiaci.

Quemadmodum Aegyptii singulis eclipticae partibus suos adtribuerunt praefectos, ita etiam singularum stellarum, praesertim maiorum vel clariorum dominos, nempe planetas constituerunt, vt sequens tabula docet. In quo Proclus a Ptolemaeo differt, id literis Pt. et Pr. notauit. Praeterea Firmicus claras quasdam et regias stellas commemorat, quae quin alios dominos agnoscant, non dubium est. Particulas imaginum zodiacalium, quas veteres fecerunt, quasque in secunda columna expositas habes, solus Firmicus descripsit<sup>71</sup>).

70) Sextus Empir. adu. Ast. L. V. p. 339. §. 5: „λεπτα καλοισι τα ελαχιστα και αμερη.“ Firmicus L. VIII. c. XVIII. p. 223. L. II. c. V. p. 18. „una pars (gradus), inquit, in minuta diuiditur 60, et sic deinceps.“ Firmicus L. III. c. 1. p. 45. De nomine Leptorum Coptico et Arabico vid. MS. Copt. Bibl. Reg. Par. No. L. p. 10. Lex.; Kircher Ling. Aeg. Res. p. 55.

71) Proclus Diad. L. I. cap. IX. p. 32. ss. Ptolemaeus Quadrip. L. I. c. IX. p. 8. Firmicus Lib. VIII. c. 31. p. 243. Lib. VI. cap. 1. p. 150 ss. Lib. VIII. c. II. p. 213.



	<i>Ordo</i>	<i>Partes</i>	<i>Gradus</i>	<i>Ordo</i>	<i>Partes apotelesm.</i>	<i>Domini</i>	<i>Stellae cl- rae et regiae</i>
γ	1	cornua	1 — 2				
	2	caput	3 — 5	1	caput (vertex Pt.)	♂ et ♀ aliquid	
	3	facies	6 — 7				
	4	os	8 — 10	2	os	♀	
	5	pectus	11 — 12				11° Pectus stel. clara
	6	ceruix	13 — 15				
	7	cor	16 — 17				
	8	armus dexter	18 — 19				
	9	armus sinister	20 — 22				
	10	venter	23 — 25				
	11	pedes	26 — 27	3	pedes posteriores	♂	
	12	renes	28 — 30	4	cauda	♀	30° cornua tauri, stel- la clara
α	1	cornua	1 — 2				1° cornu dex- trum, stella clara
	2	facies	3 — 5				
	3	ceruix	6 — 7				
	4	frons	8 — 10				
	5	cor	11 — 12				
	6	humeri	13 — 15	1	caesura (humerus Pt.)	♀, aliquid ♀	
	7	pedes anteriores	16 — 17	2	Pleiades (thorax Pt.)	♃ et ♂	15° stella re- gia
	8	venter	18 — 20				
	9	genicula	21	3	fax Hyadum (Aldeba- ran Pt.)	♂	
	10	pedes posteriores	22 — 25	4	caput et venter	♃, aliquid ♀ (♃ et ♂ Pt.)	27° stella re- gia
	11	natura	26 — 27				
	12	coxa	28 — 29	5	cacumina cornuum	♂	
	13	cauda	30				30° stella reg-
Π	1	ad aquilonem	1 — 2				
	2	cor	3 — 5				
	3	humeri	6 — 7				
	4	pectus	8 — 10				
	5	manus	11 — 12				
	6	pedes	13 — 15	1	pedes	♀, aliquid ♀	
	7	inter vtrumque	16 — 17	2	femora (coxae Pt.)	♃	
	8	caput australis	18 — 20				
	9	facies	21 — 22	3	capitis stella lucida ori- ental. (Auellar Pt.)	♀ siue Apollo	
	10	pectus	23 — 24				
	11	venter	25 — 26				
	12	genicula	27 — 29	4	capitis stella lucida oc- cident. (Abracaleus Pt.)	♂ siue Hercules	
	13	pedes	30				

	<i>Ordo</i>	<i>Partes</i>	<i>Gradus</i>	<i>Ordo</i>	<i>Partes upotelesm.</i>	<i>Domini</i>	<i>Stellae clarae et regiae</i>		
♁	1	caput	1 — 2						
	2	collum	3 — 5						
	3	fauces	6 — 7						
	4	oculi	8 — 10					1 oculi (nebula) (pedes Pt.)	♀, aliquid ♂
	5	dorsum	11 — 12						
	6	a stomacho vsque ad pectinem	13 — 15						
	7	latera	16 — 17						
	8	chelae anteriores	18 — 20					2 vngulae (Azubene Pt.)	♄ et ♀
	9	chelae posteriores	21 — 22						
	10	dextri pedes	23 — 25					3 praesepe (pectus, Meelef Pt.)	♂ et ♃
	11	pedes sinistri	26 — 27					4 aselli	♂ et ☉
	12	pedes extremi	28 — 29						
	13	cauda	30						
♃	1	caput	1 — 2	1 capitis 2 stellae lucidae	♄, aliquid ♂	2° stella lucida			
	2	facies et crines	3 — 5						
	3	os	6 — 8						
	4	cor	9 — 11				2 colli 3 stellae	♄, aliquid ♀ (aliquid ♂ Pt.)	5° stella regia
	5	humeri	12 — 13						
	6	pedes	14 — 17						
	7	venter	18 — 19				3 Regulus	♂ et ♃ (♃ et ♂ Pt.)	
	8	dorsum	20 — 22				4 dorsi et caudae stellae	♄ et ♀ (♀ et ♄, aliquid ♀ Pt.)	
	9	pecten	23 — 24				5 femora (coxae Pt.)	♀, aliquid ♀	
	10	genicula	25 — 27						
	11	natura	28						
	12	renes	29						
	13	cauda	30						
♄	1	caput	1 — 2				1 vertex, ala or. (et oculus Pt.)	♀, aliquid ♂	
	2	facies	3 — 5						
	3	manus	6 — 7			2 ala oc. et cingulum (al. sep. et dorsum Pt.)	♀, aliquid ♀ (modicum ♂ Pt.)		
	4	pectus	8 — 14			3 Vindemiator (Almucedeme alacaf Pt.)	♄ et ♀		
	5	manilla dextra	15 — 17			4 Spica virginis (Azimech alaazel)	♀, aliquid ♂ (modicum ♀ Pt.)		
	6	manilla sinist.	18 — 20			5 Pedes et fimbria	♀, aliquid ♂		
	7	venter	21 — 22						
	8	pes dext.	23 — 25						
	9	pes sinis.	26 — 27						
	10	renes	28 — 29						
	11	naturale	30						
♁	1	caput	1 — 2						
	2	pars sinistra	3 — 5						
	3	dextra pars	6 — 7						



	<i>Ordo</i>	<i>Partes</i>	<i>Gradus</i>	<i>Ordo</i>	<i>Partes apotelesm.</i>	<i>Domini</i>	<i>Stellae cl- rae et regiae</i>					
♌	4	caput	8—10	1	chelarum ♀ finis (Azubene Pt.)	♄ et ♀ (♃ et ♃ Pt.)						
	5	laeuum iugum	11—12									
	6	iugum dext.	13—15									
	7	cor	16—17									
	8	dextra manus	18—21									
	9	pectus	22—23					2	medietas	♃, aliquid ♂		
	10	renes	24—26									
	11	pedes	27—28									
	12	finis	29—30									
	♍	1	caput					1—2	1	frons	♃, aliquid ♃ (♃ sine ♃ Pt.)	7° stella regia
		2	frons					3—5				
		3	facies					6—7				
4		colluu	8—10									
5		dorsum	11—12									
6		venter	13—15	2	venter, Antares (cor Pt.)	♃, aliquid ♄	13° stella clara					
7		manus dext.	16—18	3	caudae annuli	♃ et ♀	19° stella clara					
8		sinist. man.	19—20	4	aculeus	♃ et ♂						
9		pedes dext.	21—22		nebula (Alatha Pt.)	♃ et ♃						
10		pedes sinist.	23—25									
11		aculeus	26—30									
♎	1	caput	1—2	1	sagittae cuspis	♃ et ♃						
	2	facies	3—5									
	3	os	6—7									
	4	ceruix	8—10									
	5	manus sin.	11—12									
	6	arcus	13—15					2	arcus cum chorda	♄ et ♂		
	7	pedes anter.	16—17					3	nebula in facie (Alatha Pt.)	♃ et ♂	22° stella clara	
	8	dorsum	18—20									
	9	venter	21—22					4	fascia et dorsum (sagitta Pt.)	♄, aliquid ♃		
	10	pedes poster.	23—25					5	pedes, crura	♄ et ♃		
	11	natura	26—27									
	12	manus dext.	28—29					6	quadrangulum in cauda	♀, aliquid ♃		
	13	cauda	30									
♏	1	cornua	1—2	1	cornua	♀, aliquid ♂	3° stella clara					
	2	caput	3—5									
	3	facies	6—7									
	4	os	8—10					2	os	♃, aliquid ♀ (et ♂ Pt.)		
	5	cor	11									
	6	ceruix	12—13									
	7	scapulae	14—15									

	<i>Ordo</i>	<i>Partes</i>	<i>Gradus</i>	<i>Ordo</i>	<i>Partes apotelesm.</i>	<i>Domini</i>	<i>Stellae clare et regiae</i>
♄	8	manus dext.	16—18				
	9	dorsum	19—20				
	10	venter	21—23	3	pedes et venter (Pt. omittit)	♂ et ♀ (Pt. omittit)	
	11	latus	24—27				
	12	cauda	28—30	4	cauda	♄ et ♃	
♃	1	caput	1—2	1	humeri (hauritorium Pt.)	♄ et ♀	1° stella clara
	2	facies	3—5				
	3	dorsum	6—7	2	manus dextra et frons	♄ et ♀	
	4	pectus	8—10				
	5	manus dext.	11—12				
	6	fluuius	13—15	3	crura (coxae Pt.)	♀, aliquid ♄	
	7	manus sin.	16—17				
	8	latera	18—19				
	9	venter	20—21	4	aquae fluxus	♄, aliquid ♃	20° stella regia
	10	pedes	22—24				
	11	renes	25—27				
	12	cantharus	28—30				
♁	1	os piscis austral.	1—2	1	caput piscis oriental.	♀, aliquid ♄	
	2	caput	3—5				
	3	fauces	6—7	2	venter	♃ et ♀	10° stella clara
	4	collum	8—10				
	5	spina	11—12	3	cauda et vinculum orientale	♄, aliquid ♀	
	6	dorsum	13—15				
	7	linum	16—18	4	venter piscis borealis	♃, aliquid ♀	
	8	caput piscis aquilonar.	19—20				
	9	os	21—22	5	vinculum boreale	♄ et ♃	
	10	pectus	23—25				
	11	ceruix	26—28	6	stella lucida in vinculo	♂, aliquid ♀	
	12	cauda	29—30				

§. 26.

De Aequatore.

Aequator coelestis is est circulus maximus, cuius singula quaeque puncta paribus interuallis a polis et septemtrionali et antarctico distant. Sunt autem diuisiones quaedam astronomicae apud Aegyptios, quae partim haud dubie rectius ad Aequatorem, quam ad Zodiacum referuntur, partim ad vtrumque. Cuius generis haec esse videntur<sup>72)</sup>.

72) Vid. Ideler Chronologic Vol.II. pag. 6. Vol.I. p. 231. 229.



<i>Nomina</i>	<i>Numerus</i>	<i>Longitudo</i>
Hemisphaeria	2	180°
Ogdoemoria	8	45°
Dodecatemoria	12	30°
Icostotetartemoria	24	15°
Horia s. Termini	720 (30=1 Icostotetartemor.)	0° 30'
Minuta	1440 (60=1 Icostotetartemoria)	0° 15'

Quamquam enim hae diuisiones esse dicuntur temporis, apparet tamen ex locis Xenophontis et Arati, tempora diei non solum horologiis, et aquariis, et solariis, cognita fuisse, sed etiam stellis<sup>73</sup>). Quum vero tempora ex stellarum ortu et altitudine diindicanda essent, id non ex Zodiaci, sed ex Aequatoris stellis satis recte fieri potuit. Ascensio enim graduum eclipticae differt ab ascensione graduum aequatoris, atque variat variis anni temporibus. Quam ob rem duo Hemisphaeria, alterum superius, alterum inferius, saepissime a veteribus commemorata, quibus diuisio diei in duas partes aequales nititur, quorumque mentionem fecimus supra §. 6, rectius huc trahi possunt. Diuisio Aequatoris octonaria conuenit cum antiquo Zodiaco octo in partes diuiso, eaque nituntur vigiliae veterum et diei partes tribus horis constantes, quae Aequatoris diuisio disertis verbis commemoratur ab Hipparcho et Achille Tatio<sup>74</sup>). Duodecim partes Aequatoris plane eadem sunt, atque 12 signa Zodiaci, qua diuisione nititur diuisio diei integri in 12 partes, seu bihoria. Quamquam enim veterum scriptis demonstrari non satis potest, eiusmodi horas duplices apud Aegyptios in vsu fuisse; constat tamen, hanc diei diuisionem duodenariam apud gentes Aegyptiis affines, Sinenses scilicet et Japanenses, adhibitam fuisse. Restat, vt paullo accuratius de Horis Aequatoris disseramus.

### §. 27.

## De 12 Horocraitoribus.

Diserte veteres loquuntur de Horis isemerinis, seu aequinoctialibus, atque planetariis in astronomia adhibitis, quae, quum omnia tempora ad astra relata fuerint apud Aegyptios, vix dubium est, quin Aequatoris partes attineant. Horae enim ciuiles ad solis ortum sine ad Zodiacum pertinent. Hinc dicitur dies longissimus 15 horis, breuissimus 9 constare<sup>75</sup>). Huc facit, quod nomen stellae  $\pi$   $\text{C}\text{I}\text{O}\gamma$  cum nomine horae et momenti conuenit, saltem radicem eandem habet. Nam  $\pi$   $\text{C}\text{H}\text{O}\gamma$  الحين  $\text{C}\text{A}\text{N}$   $\text{C}\text{H}\text{O}\gamma$  (الايان) الاون (الوان) الاون significant tempus, terminum, intervallum horae, momentum. Haec autem Aequatoris diuisio facillima est. Quum enim Zodiacus

73) Socrates in Xenoph. Memorab. Lib. IV. c. 7. Aratus in Phaen. vers. 558. ss.

74) Herodot. L. II. c. 43. 46. 145. Ideler Chronologie Vol. I. p. 84. Petauii Vranolog. pag. 149. 260. 266.

75) Achill. Tattius in Petauii Vranol. p. 149. D. ib. pag. 145. 210.

pariter atque Aequator 12 partibus constet; vna hora durante dimidia pars vnus signi, siue 15 gradus deinceps oriuntur, vel meridianum transeunt. Porro quum diuisiones et Zodiaci et Aequatoris generales incipiant cum  $\Upsilon$ ; clarum est, etiam Horas isemerinas, vnde eorum nomen orium est, a puncto aequinoctii verni initium facere. Apparet etiam, quum Aequator duabus partibus constet, duo esse genera Horarum sidericarum, quae vocari possunt

	<i>Numerus</i>	<i>Aequator</i>	<i>Dom.</i>	<i>Signa</i>
Horae sidericae superiores	12	Hemisphaerium superius	☉	$\Upsilon$ $\vartheta$ $\Pi$ $\var�$ $\Omega$ $\Upsilon$ $\Upsilon$
Horae sidericae inferiores	12	Hemisphaerium inferius	♄	$\Upsilon$ $\Upsilon$ $\Upsilon$ $\Upsilon$ $\Upsilon$ $\Upsilon$ $\Upsilon$ $\Upsilon$ $\Upsilon$ $\Upsilon$ $\Upsilon$ $\Upsilon$

Neque dubitare licet, singulares fuisse harum Aequatoris partium praesides. Commemorantur enim a veteribus Horarum domini Horocrateres, Diepontes appellati, atque omnibus diuisionibus astronomicis planetas praefuisse, repetere nolumus<sup>76</sup>).

Praeterea in oculos incurrit, quum Aegyptii minora temporum astronomicorum spatia haberint, etiam minores Horarum partes ab iis in coelo distinctas fuisse. Saltem facillime distinguuntur Gradus dimidiati, etiam Hori siue Termini dicti, quibus respondent sexagesimae vnus signi partes, siue 0° 30'. Etiam minores Horarum partes fuisse, multis ex locis colligitur<sup>77</sup>). Apprime huc facit, quae Tattius de diuisione Horae in 30 terminos affert in Petauii Vranologio (p. 137. d.). *Την γε ἐν ταις ἡμερῆαις ὥραν, ἂν τοῦ (τοῦ Ἡλίου), καθ' ἣν ἴσως διερχεται τὸν πόλον, εἰς λ' ὅρους μερίζουσι. ὥστε τὸ λ' μέρος τῆς ὥρας, τῆς ἐν τῇ ἡμερῆαι ἡμέρῃ, ὅρον λεγέσθαι τοῦ δρομοῦ τοῦ Ἡλίου.*

## §. 28.

### De Horoscopo.

Inter diuisiones coelestes siue astronomicas Aegyptiorum numerari debet Horoscopus,  $\Phi\eta\tau\eta\eta\theta\upsilon\gamma$  ἢ  $\Pi\omega\omega\iota$  الطالع<sup>78</sup>). Horoscopus enim sensu latiori dicitur circulus maximus in Zodiaco, qui itidem in 12 partes diuisus ab ecliptica non nisi eo differt, quod non incipit cum  $\Upsilon$ , sed cum eo Zodiaci signo, quod post certum temporis momentum oritur primum. Sensu strictiori Horoscopus est id ipsum signum integrum, 30 gradibus constans, quod certo tempore in Zodiaco oritur; strictissimo vero, stella in ecliptica oriens<sup>79</sup>). Horoscopi, tamquam Zodiaci variabilis, sunt partes primariae quatuor, infra asterisco notatae; secundariae octo; quae variis

76) Firmicus edit. Bas. anno 1551. post Praef. Tractat. de Defin. pag. 3. col. b. col. Lib. II. cap. 31. Manil. Astronom. Lib. III. cap. 2. 3.

77) Hipparchus in Aratum. Petau. Vranol. p. 232., vbi dicit Sagittam oriri Hora 0° 20' ( $\gamma'$  μερῆ ὥρας), col. ib. p. 209., vbi disserit de hora ex astris cognoscenda.

78) MS. Copt. Bibl. Reg. Par. pag. 9. Kirch. Ling. Aeg. res. p. 53. Sextus Empir. L. V. c. 12. p. 340. Firmicus L. II. c. XVI. p. 30. ss. Salmasius de Ann. Climacter. p. 82. ss.

79) Delambre Histoire de l'Astronomie anc. Vol. I. pag. 253. Vol. II. pag. 620. s.



apud veteres nominibus appellantur. His quidem partibus Astrologi non solum dominos, sed etiam potestatem quandam in 12 vitae humanae condiciones efficacem attribuerunt. Quae omnia sequens tabula ante oculos ponit. Caeterum ordinem partium inuertit Sextus Empiricus loco laudato, in quo cum reliquis non consentit.

	<i>Ordo</i>	<i>Nomina</i>	<i>Domini</i>	<i>Significatio</i>	<i>Gradus</i>	<i>Longitudo</i>
*	1 (12)	Anatole, Ortus, Horoscopus, HOR.	♃ m. ♂	vita	30°	0° — 30°
	2 (11)	Porta inferna, <i>ὄνακλιμα κακον δαιμονος</i>	♃ f. ♀	spes	30	30 — 60
	3 (10)	Thea, dea, <i>ἐπαναφορα ἀγνιστου δαιμονος</i>	♃ m. ♂	dea vel fratres	30	60 — 90
*	4 (9)	Hypogeum, <i>ὑπογειν, ἀντιμεσουρανημα</i> , Inimicus coeli, IMC.	♃ f. ♀	parentes	30	90 — 120
	5 (8)	Agathetyche, bona fortuna	♂ m. (♀) ♃	filius	30	120 — 150
	6 (7)	Kaketyche, mala fortuna, <i>ποινη</i>	♀ f. (♂) ♃	valetudo	30	150 — 180
*	7 (6)	Dysis, occasus, <i>διαμετρον διοτικον, δυνων</i> , OCC.	♀ m. ♀	coniux	30	180 — 210
	8 (5)	Hypocataphora, superna porta, <i>Fortuna, κληρος τυχης, ἀρχη θανατου</i>	♃ f. (♃) ♃	mors	30	210 — 240
	9 (4)	Theos, deus, <i>Daemon, κληρος δαιμονος, μονομοιρια, κατω μερις</i>	☉ m. (☉) ♃	religio vel deus	30	240 — 270
*	10 (3)	Mesuranema, <i>μεσουρανημα</i> , Medium Coeli, MC.	♀ f. ♀	MC	30	270 — 300
	11 (2)	Agathodaemon, bonus daemon	♀ m. (♃) ♃	bonus daemon	30	300 — 330
	12 (1)	Kakodaemon, malus daemon	♂ f. (♃) ♃	malus daemon	30	330 — 360

### §. 29.

#### De diuisione temporum.

Maximi momenti est in astronomia et obseruationibus astronomicis factitandis Aegyptiaca temporum ratio. Astronomia enim ab antiquissimis inde temporibus cum chronologia coniuncta

fuit, nec male chronologiae serua dicitur. Qua de re incognita ratione, qua Aegyptii temporis spatia diuiserint, satis intelligi non poterunt scripta Aegyptiorum astronomica. Itaque necesse est, vt breuiter disseramus de diuisionibus temporum certe grauioribus atque in astronomia Aegyptiaca maxime adhibitis, nimirum;

- de annis variis, lunari, solari et astronomico;
- de mensibus variis, lunaribus et solaribus;
- de anni temporibus, verno, aestiuo et autumnali siue hyemali;
- de hebdomade, siue septimana;
- de die eiusque partibus variis;
- de cyclis variis et maioribus et minoribus annorum;
- de anno magno, siue cyclo septem planetarum.

Qua quidem in dissertatione opus erit, etiam temporum dominos, *χορονομοι*, ab Aegyptiis constitutos eruere. Variis enim temporis spatiis septem planetas praefuisse, et ex ratione astronomiae Aegyptiicae sequitur, et veterum testimoniis disertis confirmatur<sup>80</sup>).

### §. 30.

#### D e a n n i s.

Annus Aegyptiorum, † *πομπ*, *السنة العام*, triplex fuit. Lunaris quidem annus, 354 diebus constans, vix antiquissimis temporibus apud Aegyptios in vsu fuisse videtur. Antiquissimis temporibus, vti constat, annum habuerunt solarem quendam, 360 diebus compositum, quibus serius quinque dies intercalares in fine 12 mensium aequalium accesserunt. Hic annus vagus 365 dierum inde ab Aetho saltem, qui inuentor eius dicitur, vsque ad interitum rerum Aegyptiacarum in vita communi et chronologia civili obtinuit. Quum vero quarta die parte breuior esset anno Juliano; accidit, vt post quatuor annos Aegyptios vnus dies desideraretur in vera chronologia, qua omissione nititur cyclus Sothicus 1460 annorum Julianorum, vel 1461 Aegyptiacorum, post quem rursus primo anni die eadem stellae orientur. Neque vero dubium est, quin Aegyptii iam antiquitus veram anni rationem perspectam habuerint, scilicet 365 $\frac{1}{4}$  diebus constantis, qui recte Aegyptiorum annus astronomicus dici meretur. Caeterum annus lunaris, si qua fuit, in festorum ratione retinuisse videtur aliquam potestatem. Aegyptii enim secundum nonilunia et plenilunia pleraque festa instituerunt. Huc facit etiam, quod menses lunares instar solarium suos habuerunt dominos, quodque cyclus Aegyptiorum quidam celebratur, quo annorum lunarium et solarium idem rursus esset eodem die initium, de quibus infra. Quod initium annorum Aegyptiacorum attinet, duplex a veteribus affertur ratio. Diserte enim tradunt, Aegyptios non vt

80) Lucian. in Joue Tragoed. p. 233. Proclus in Tim. Plat. L. IV. p. 251. Firmicus L. VI. c. 34. p. 187. Herodot. L. II. c. 82. Sic Firmicus L. VI. c. 35. p. 188. dicit: Jupiter si temporum dominus fuerit effectus, hoc est, cum temporum ordo ad eum venerit et cet.

81) Vid. Ideler Chronologie. Vol. I. p. 61. 94. 173. col. 189. pag. 124. Vol. II. p. 593. Marsham Chronol. p. 245. Syncell. p. 123. (98. Ven.) Dio Cass. L. XLIII. 26. p. 360. Gemin. in Petau. Vran. p. 35.



Romani ab ♃, sed a ☉ in ♄ ingrediente annos numerare. Quum vero Periodus canicularis incipiat ab ortu caniculae, primo die primi mensis siue Thoth incipiente; clarum est, agi de anno vulgari<sup>82)</sup>. Ab anni ciuilis vero initio, qui post 1461 annos demum iusto suo puncto incipit, differt anni astronomici principium. Omnes enim astronomi veteres in eo consentiunt, ♀ primum Zodiaci signum esse, siue, quod propius huc spectat, a sole in ♀ ingrediente vsque ad solem idem punctum eclipticae repetentem cyclum quendam absolui, siue annum astronomicum. Hanc ob causam omnes eclipticae divisiones ab aequinoctio verno incipiunt. De anno lunari vero, π κυκλος ἢ τε π ιοζ, الدور القمرى, hoc saltem probabile est, eius initium incidere in primum nouilunium in ♀. Etenim a ♀ incipiunt stationes ♃, atque mensis lunaris procedit a nouilunio ad proximum nouilunium. Eandem ob causam clarum est, annum lunarem, propter epactas post 25 demum annos Aegyptiacos eadem in parte ♀ incipere, in quo cernitur Periodus, quae dicitur, Apidis. Jani vero hos annos omnes suos habuisse dominos, per se probabile est, et infra vberius demonstrabitur. Omnia enim tempora, vt veteres testantur, alicui planetae subiecta fuerunt, atque notum est, Aegyptios annum vt deum coluisse<sup>83)</sup>.

§. 31.

De 3 anni temporibus.

Anni in Aegypto haec est ratio, vt Nili proprietatibus, quod veteres iam monuerunt, sponte sua in tres partes diuidatur, vernum scilicet tempus, aestiuum et autumnale vel hiemale<sup>84)</sup>. Hinc in vnoquoque 4 menses comprehensos fuisse necesse est. Et haec ipsis monumentis Aegyptiacis egregie confirmata sunt, quae docent, singulos vnus tempestatis menses vno symbolo communi, sed additis numeris 1,2,3,4 distinctos fuisse. Qui iam domini fuerint horum temporum, ex symbolis illis patet, de quibus alio loco, quo etiam demonstrabitur, horum dominorum adfuisse haud dubie munifices. Quum vero annus ciuilis apud Aegyptios coeperit, sole in ♄ ingrediente, die primo mensis Thoth; clarum est, sub initium Periodi Sothicae alia iis signa respondisse quam postea, et alia quam illa triangularia Zodiaci, de quibus supra dictum est (§. 7.), vt haec tabula docet.

Ordo	Tempestates	Menses	Signa	Domini	Nomina
I.	Aestas	1, 2, 3, 4	♄ ♀ ♃ ♁	♂ et ☉	π ϖ ω μ (MS. الصَّيْف)
II.	Autumnus, Hiems	5, 6, 7, 8	♃ ♁ ♀ ♃	♄ et ♁	† φ ρ ω الشَّتَاء
III.	Ver	9, 10, 11, 12	♁ ♀ ♃ ♁	♂ et ♂	θ γ ν ο π ο ρ ο ν الربيع

82) Censorin. Die Nat. c.18. Ideler Chronol. Vol.1. p.171. ss.

83) Herod. II. 82. Vid. Ideler Chronol. Vol. I. p.178. ss.

84) Diodor. S. L. I. c.16. p.15. cap. 11. 12. pag. 11. D. 12. C. Wessel. c.1. 26., vbi tres Aegyptiorum tempestates vocantur *ver*, *aestas*, *hyems*. Vid. Ideler Chronologie Vol. I. p.94.

§. 32.

De Mensibus.

Licet menses, ΑΒΟΤ, شهر, initio, quippe lunares, 8 diebus constarent, haud dubie tamen antiquissimis temporibus orti sunt illi Aegyptiorum menses 30 dierum. Qui quidem, additis diebus intercalaribus (ἐπαγομενοῖς) 5, efficiunt annum iustum 365 dierum. Nomina mensium satis cognita sunt ex libris Copticis, Graecis et Arabicis. Domini vero mensium, quamquam ab Herodoto, qui obiter de iis loquitur, non afferuntur, facile tamen eruuntur ex eorum nominibus<sup>85</sup>). Nomina Thebaica \* notata sunt.

Ordo	Coptice	Graece	Arabice	Explicatio	Domini	Signa
1	ΘΩΟΥΤ	Θωνθ	توت	ΘΟΥΟΥΤ Januarius	♀	♐
2	ΠΑΔΠΙ ΠΑΩΠΙ	Παωφι	بابه	ΠΑ ΩΦΙ — ΩΒ Februarius	♀	♌
3	ΑΘΩΡ	Αθυρ	(MS. K. هاتور) هاتور Azar, ٧٧٨ = ♂	ΖΑ † ΩΡ Martius	♂	♈
4	ΧΟΙΑΚ	Χοιακ, Χοιαχ	كبيك (MS. K. كبيك)	ΧΩ ΙΟΚ Aprilis	♄	♈
5	ΤΩΒΙ ΤΩΒΕ *	Θυβι	نويه	† ΟΥΒΕ Maius	♅	♉
6	ΜΕΧΙΡ ΝΩΙΡ *	Μεχιρ	امشیر	ΜΟΚΖ ΩΡ Iunius	♅	♊
7	ΦΑΜΕΝΩΘ	Φαμενωθ	برمهات	ΦΑ ΜΑΙ ΝΟΥΤ — ΜΕ —	♄	♈
8	ΦΑΡΜΟΥΘΙ	Φαρμουθι	برموده (ك. برهودة)	ΦΑ ΕΡ ΜΟΥΤ — — ΜΕΥΤ	♂	♈
9	ΠΑΩΩΝC ΠΑΩΟΝC ΠΑΧΩΝC	Παχων	بشنس	ΠΑ ΗΟΜ	♀	♈
10	ΠΑΩΝΙ ΠΑΩΝΙ (MS.)	Παννι	يونه (MS. K. بيونة)	ΠΑ ΩΝΙ — ΕΝ	♀	♐
11	ΕΠΗΠ ΕΠΗΠ (MS.) ΕΠΕΙΦ	Επιφι	أبيب	ΗΠΙ ΦΙ ΕΠΗΠ	♃	♊
12	ΜΕCΩΡΗ ΜΗCΩΡΗ ΜΕCΟΥΡΗ * ΜΕCΩΡΙ	Μεσωρι Μεσορη	مصري (ك. مشري) (MS. مصري)	ΜΙC ΩΡ ΜΕC ΖΩΡ	☉	♌
13	ΠΙ Ε ΝΤΕΠΙ- ΤΕΥΤΕΡΟΝ	ἐπαγομενοι	(يوم الكبيس ك.) (MS. خمس أيام النسى)	quinque dies intercalares		

85) Herodot. L. II. c. 82. col. Gatterer Theogonie der Aegypter p. 174. MS. Copt. Bibl. Reg. Par. No. I. pag. 15. Voc. Kircher Ling. Aeg. Res. p. 63. Ideler Chronologie Vol. II. p. 504. Zoega Catal. MSS. Copt. v. I.



Quamquam haec mensium explicatio passim non est satis certa, ex multis tamen patet, ordinem dominorum cum mensibus conuenire. Ceterum mensem Thoth respondere signo ♀, ex eo claret, quod Aegyptii tradunt, Isidem (♃) mense Paophi (♃) se grauidam vidisse, eamque Horum, siue ☉ ex solstitio hiberno prodeuntem, sub solstitium hibernum peperisse (Plut. Is. et Osir. p. 377.). Item Plutarchus (p. 366) refert, Osiridem (☉) mense Athyr (♃) periisse, quo quidem in signo ♃ ☉ ad solstitium hibernum accedit, hemisphaerium inferius iam iam ingressus. Sole in ♄ ingrediente festum Isidis ♃ celebratur. Ceterum Persarum menses plane conueniunt cum Aegyptiacis<sup>86</sup>).

§. 33.

**D e 52 S e p t i m a n i s .**

Quum omnes fere temporum diuisiones suos habuerint dominos, vix dubitare licet, Aegyptios etiam septimanis septem planetas praefecisse. Quorum cum ordo sit ♃ ♀ ♀ ☉ ♂ ♃ ♃, non in-  
eptum est conicere, singulos hebdomadum dominos per annum fuisse hos:

<i>Ordo</i>	1	2	3	4	5	6	7	8	.....	50	51	52
<i>Domini</i>	♃	♀	♀	☉	♂	♃	♃	♃	.....	♃	♀	♀

§. 34.

**D e 7 D i e b u s H e b d o m a d i s .**

De ordine et nomine dominorum per singulos dies imperantium satis constat ex veteribus. Tradit enim Herodotus, etiam diebus planetas praefuisse, atque Dio Cassius hanc exhibet regu-  
lam. Sumto ordine, inquit, ♃ ♃ ♂ ☉ ♀ ♀ ♃, quum secundum interuallum musicum, quod quartum dicitur, quartum quemque planetam sumas, habes praefectos dierum per septimanam. Ex quo apparet, Aegyptiorum rationem ad nostram vsque aetatem conseruatam esse<sup>87</sup>). Paullo alia ratio fuit dierum hebdomadis apud Aegyptios vltimae. Quum enim sumimus, post 1461 annos Aegyptios annum denuo incepisse cum primo mense atque prima cum septimana; annus, cuius 360 dies initio numerabantur, exit in dies ♃ ☉ et ♃. Post hos 360 dies quinque numina nata dicuntur, quae haud dubie dierum, quibus nascerentur singula, imperium habuerunt. Horum quinque numinum ordo hic est secundum Plutarchum; *Osiris, Arueris siue Horus senior vel Apollo, Typhon, Isis, Nephthys*, qui singulis deinceps diebus nascerentur. Eadem numina Diodorus Siculus sic recenset: *Osiris, Isis, Typhon, Apollo, Venus*<sup>88</sup>). Probabile est itaque, sub finem anni diebus quinque intercalaribus numina regnasse, quae secunda in tabula exstant.

<i>Prima</i>	<i>Ordo</i>	1	2	3	4	5	6	7
<i>Septimana</i>	<i>Domini</i>	♃	☉	♃	♂	♀	♃	♀
	<i>Dies</i>	Saturni Samstag	Solis Sonntag	Lunae Montag	Martis Dienstag	Mercurii Mittwoch	Jouis Donnerstag	Veneris Freitag

86) Ideler Chronol. Vol. II. pag. 516. ss.

87) Herodot. L. II. c. 82. Dio Cassius L. XXXVII. c. 17. Ideler Chronologie Vol. I. p. 179. ss. Ait Dio, ab Aegyptiis hunc usum subinde ad omnes populos venisse.

88) Plutarch. de Is. p. 355. 356. Diodor. Sic. pag. 13. Vid. Jablonski Pantheon P. II. c. 1. pag. 140.

<i>Ultima Septimana</i>	<i>Ordo Domini</i>	1	2	3	4	5	6	7	1
		⊖	☉	☽	(♂)	(♀)	(♃)	(♀)	(♁)
			<i>Numina</i>	Plutarch.	Osiris	Arueris Horus Apollo	Typhon	Isis	Nephthys
				Diodor.S.	Osiris	Isis	Typhon	Apollo	Venus

§. 35.

De diei partibus.

Ante omnia quaeritur, quod grauissimum est in astronomia, quo tempore Aegyptii diem inceperint. Inde etiam pendet initium mensium, annorum atque variorum cyclorum. Et tradunt quidem veteres, alii diem incipere oriente sole, alii occidente; alii medio die, alii media nocte; alii hora 6 matutina, alii vespertina, quas nos dicimus<sup>89</sup>). Sed clarum est, ut iam alii obseruarunt, in his triplicem usum tradi. Vulgari enim ratione incipit dies cum splendore solis, et finitur, quum nox ingruit, quae horae a Gemino, Ptolemaeo, aliisque vocantur *ώραι καιριχαι*. Quum vero horae ad horologia et stellarum ortum numerarentur, clarum est, diem non nisi a sexta hora matutina, aut vespertina incepisse. Dies enim ciuilis 24 horarum in duas partes aequales, diem scilicet sensu strictiori, et noctem diuidebatur. Quam ob rem haec statuenda esse videntur. Qui diem Aegyptiorum nocte incipere dixerunt, ii, ut Idelerus, V. C., libro laudato satis demonstrauit, serioris aetatis sunt. Quum vero sumitur, hos, quae tradiderunt, ea a maioribus accepisse, credendum est, eos loqui de die lunari. Persuasum enim mihi habeo, Aegyptios ut annos solares et lunares, ita etiam menses, quin septimanas, et dies, et horas vtriusque generis adhibuisse<sup>90</sup>). Chronologia enim lunaris, quae dici potest, in festis maxime solemnibus fuit. Hinc apud Aegyptios posteriores cyclus lunaris, *πικυκλος ητε πιιοζ*, saepe commemoratur. Luna autem, ut infra apparebit, non, ut ☉, die; sed nocte incipiente suum suscipit imperium. Porro quod, Plinio auctore, Romani, Aegyptii et ipse Hipparchus diem *ciuilem* media nocte inceperint, id plane negare nefas est. Idem enim vsus ab Aegyptiis, omnis fere astronomiae technicae auctoribus, ad Romanos atque nos ipsos peruenisse videtur. Atque hanc rationem postea in Aegypto obtinuisse, sequens paragraphus docet. Quam ob rem, quum haec a sacerdotibus Romanis, ut ait Plinius, obseruata fuerint, probabile est, huius naturae diem Aegyptiacum quippe *ciuilem* pro sacratori ac fere astronomico habitum esse. Deinde, quod traditur, Aegyptios diei initium posuisse in eo temporis momento, quo ☉ in punctis aequinoctialibus versans oritur, id credo non nisi ad usum fere vulgarem nec nisi ad diuisionem diei (inde ab ortu solis vsque ad occasum) in 12 horas, quas sequerentur horae 12 nocturnae, spectare. Quare quum e. g. hora

89) Vid. Ideler Chronologie Vol. I. pag. 100. ss. Dio Cass. L. 37. c. 17. Paulus Alexand. Introd. in Ast. p. 62. Vit. 1588. Ptolemaeus. L. III. c. 2. p. 162. 163. III. 6, 202. 204. Plin. H. N. II. 79. VIII. 46. Isidor. Etym. V. 30. Seruius ad Virg. V. 738. Lydus de Mens. p. 13. Solin. c. 32.

90) Vid. Petauii Vranol. p. 274. Dissert. ubi quae Damascius de fele praedicat, ad ☽ referri debent. Luna enim symbolo felis indicare potest horas.



prima diei aut noctis commemoratur in scriptis Aegyptiacis vulgaribus, eam intelligendam esse credo aut sextam matutinam, aut vespertinam, quas nos dicimus. Sacrationi enim sensu hora prima esse videtur prima post mediam noctem, vigesima quarta vero, quae illam praecedit. Caeterum haec egregie confirmantur Gemino, quum dicit „meridianus est circulus, qui per mundi polos et per punctum verticale describitur, ad quem ubi ☉ peruenerit, medietates noctium efficit“<sup>91</sup>). Denique quod astronomi in ceperunt diem sole culminante, in eo, vti patet, suam secuti sunt rationem astronomicam; qui quidem dies astronomicus differt ab illis iamiam descriptis, nec nisi in astronomicis obseruationibus adhibitus esse videtur. Atque eam ob causam nostrates quoque, quippe ab Aegyptiis docti, numerant horas a meridie. Cuius rei haec apud Aegyptios fuit ratio, quod ☉, si *μεσουρανημα* occupat, plurimum valet, quemadmodum ♃, quum secundum Astrologorum vaniloquentiam in mundi creatione fuerit in Inno Coeli, grauissimum est signum<sup>92</sup>). Itaque prima ac simplicissima diei diuisio ea fuit, qua 12 horae diurnae a nocturnis secernerentur, quarum primae a vulgo dicebantur primae post ortum aut occasum solis; sin horae *isemerinae*, siue aequinoctiales intelligerentur, eaeque ad horologia relatae, sexta aut matutina aut vespertina ex nostra ratione. Ad illud genus spectat haud dubie, quod astronomi disputarunt de horarum inaequalitate<sup>93</sup>). Ceterum diei dominum fuisse solem, noctis lunam, e scriptis Hermeticis constat<sup>94</sup>).

<i>Ordo</i>	<i>Partes</i>	<i>Nomina</i>	<i>Init. vulg.</i>	<i>Init. horol.</i>	<i>Domini</i>
1	Dies	μηρι μερι	☉ oriens	hor. 6. mat.	☉
2	Nox	πι εχωρη	☉ occidens	hor. 6. vesp.	☾

### §. 36.

## De temporibus diei.

In superioribus iam est monitum, veteres diei spatium in octo partes diuisisse, quibus nitantur vigiliae 4 noctis totidemque partes diurnae. Huius generis esse videntur tempora, quae in MSS. Copticis inueni descripta hoc titulo: ΠΙΣΙΝ ΦΩΩ ΝΤΕ ΠΙ ΕΞΟΥΥ *قسام النهار* (انسام), partes diei, quaeque haud dubie ex antiquo Aegyptiorum vsu originem habent<sup>95</sup>). De quorum dominis, quum

91) Geminus Element. Astr. in Petau. Vranol. p. 21. B.

92) Vid. Scaliger de ann. climact. p. 179. 200.

93) Achill. Tatius et Hipparchus p. 145. p. 210. in Petau. Vranologia.

94) Hermetis Centiloq. post Firmicum Vol. II. p. 35. c. 2.

95) MS. Coptic. Memph. Bibl. Reg. Par. No. L. p. 4. Voc. Kircher Ling. Aeg. Rest. pag. 61. Huc spectat diei diuisio in quatuor partes (apud Mich. Neander. Elem. Sphaer. p. 152.), quae vocantur *Rubens*, *Splendens*, *Vrens*, *Tepens*, et respondere videntur equis Solis: *Abrax*, *Asso*, *Therebo* (Dupuis Origin. III. 2, 26). Idem ex Hygino aliisque affert horarum nomina infra adscripta, quae Jouis et Themidis filiae fuisse dicuntur. Seorsim enumerantur in MSS. dictis partes noctis (ΠΙ ΣΙΝ ΦΩΩ ΝΤΕ ΠΙ ΕΧΩΡΕ) scilicet ΡΟΥΖΙ vespera, † κρυβιά et † ογερωι, *النباجة*, quibus respondere videntur antiquae Hebraeorum tres vigiliae.

nihil tradatur, conicere licet, eos sequi vsitatum ordinem planetarum, atque ☉ ad meridiem, ♄ vero ad noctem pertinere. Ceterum per se clarum est, haec tempora integrum diem amplecti mediaque nocte incipere.

Ordo	Coptice	Arabice	Longitudo	Domini	Horae Hygini
1	Ἰπικαρχων	الفجر الاول	12— 3 mane	♄	1 Anxo Auge
2	ἰπικ μαγρος	الفجر الثاني (MS. الثاني)	3— 6	♃	2 Ennomie Anatole
3	ζαν λτοογι	الصباح	6— 9	♂	3 Pherusa Musia
4	† μετωλι	الشروق	9— 12 merities	☉	4 Caria Gymnasia
5	Ἰ μερι	(MS. الظهير) الظهير	12— 3	♀	5 Odice Nympha
6	πινι	الزوال	3— 6	♀	6 Enporie Mesembria
7	ἰπικ	الشفق (MS. السفق)	6— 9	♃	7 Irene Sponde
8	πινωπι	الغروب	9— 12 noctu	♄	8 Orthesie Elete
					9 Thallo Acte
					10 Hecypris
					11 Dysis

Conuenit itaque haec diei diuisio cum vigiliis, † ογερωι, φυλακη, البجعة, atque cum trihoriis veterum diurnis.

### §. 37.

### De 24 Horis.

Domini Horarum, † ογνογ, † λσπ, الساعة, quos Horocratores, sine Diepontes, vocarunt, satis cogniti sunt ex Paulo Alexandrino, vt docet tabula sequens<sup>96</sup>). Ordo enim Horocratorum est planetarum series inde a ♄, ita vt prima quaeque cuiusuis diei hora subiecta sit ei planetae, qui dominus est diei eiusdem. Quaeritur autem, quarumnam horarum hi sint domini. Hoc quidem

96) Paul. Alex. ed. Viteberg. 1586 sine pagg. fol.31. Vid. Ideler Chronologie Vol.I. pag.179.



euidens est, non agi de horis vulgaribus, quae varium solis ortum sequuntur; neque de lunaribus, quae non nisi in festis aliquem locum habuerunt; neque de astronomicis, quae aliena et insolita ratione tempus diei diuidunt: sed aut de communibus, quae hora sexta matutina incipiunt, aut de sacratoribus inde a media nocte numeratis. Credo intelligi vtrisque, cuius sententiae haec sunt argumenta. Diserte Plinius, diligentissimus antiquitatis scrutator, tradit, Aegyptios pariter atque Romanos sacerdotes et Hipparchum diem incipere media nocte<sup>97)</sup>. Secundum alios quidem hora Aegyptiorum prima fuit sexta nostra. Sed haec diem diuidendi ratio potius ad vsu communem spectare videtur, quo duodecim horae diurnae, totidemque nocturnae numerarentur. Porro quum Aegyptus astronomiae patria sit atque nos quoque diem communem a media nocte incipiamus, probabile est, hunc vsu, quippe incommodum et importunum, quasi astrologicum, ab Aegyptiis ad nos peruenisse, siue secunda, siue tertia manu. Praeterea iam vidimus, Aegyptios octo diei partes a media nocte ad mediam numerasse, quare mirum esset eosdem alium diem pro horis, alium pro temporibus diei habuisse, praesertim quum vtraque diuisio vsui vitaeque communi destinata fuerit. Denique Aegyptii, vt fabulae docent, creationem mundi et temporis initium media nocte accidisse credebant<sup>98)</sup>. Quemadmodum vero astrologi scioli ab hoc inde temporis momento non solum annum magnum, sed etiam varias periodos, et annos, et menses, et dies ineperunt; ita etiam horas inde numerare debuerunt. Quid? quod Firmicus ipse auctoritate Aesculapi et Anubii fretus diem primum non post solis ortum, sed ante incepisse affirmat<sup>99)</sup>. Quas quidem ob causas credere licet, Aegyptiorum horas, quibus Horocratores siue Diepentes praefecti essent sequentes, media a nocte numeratas fuisse, scilicet secundum rationem sacratorum. Quum vero negari nequeat, Aegyptios diem ciuilem ac vulgarem incepisse hora sexta matutina atque huius quoque diei spatium astrologica ratione diuidi debuerit; probabile est, eosdem fuisse Horocratores seu Diepentes pro die ciuili apud Aegyptios.

Horae	1	2	3	4	5	6	7	8	9	...	...	23	24
<i>Domini</i> Die ☿	☿	♃	♂	☉	♀	♁	♄	♃	♃	...	...	♃	♃
<i>Domini</i> Die ☉	☉	♀	♁	♄	♃	♃	♂	☉	♀	...	...	☉	♀
<i>Domini</i> Die ♃	♄	♃	♃	♂	☉	♀	♁	♄	♃	...	...	♄	♃

Ceterum conicere licet, Aegyptios alias quoque diei partes fecisse praeter noctem et diem, trihoriam, et horas, quas pro more suo diis planetaribus subiicerent; praesertim quum eclipticam in minutas adeo partes diuiserint, atque astrorum motus accuratissime cum temporum lapsu cohaerent: sed de his nihil certi a veteribus traditum legitur.

97) Plin. Hist. Nat. L. II. 79. Ipsum diem, inquit, alii aliter obseruauere: sacerdotes Romani et qui diem definire ciuilem, item Aegyptii et Hipparchus a media nocte in median.

98) Vid. Jablonski Panth. Aeg. Pars I. pag. 19 — 28.

99) Firmicus Lib. III. c. 1. pag. 44. 45., vbi ☉ est in ♋, Horoscopus vero in ♄, nascente mundo.

§. 38.

De partibus Horae.

Vnius horae spatium, quum in vita communi, praesertim in astronomicis observationibus et computationibus nimis longum sit, non dubium est, quin in minores partes ab Aegyptiis diuisum fuerit, veluti in semihoras, vel quartas, vt nostrates faciunt, vel minores in partes, minutas atque secundas. De his vero non commemorantur nisi minutae seu sexagesimae, momenta, λεπτα πρωτα, NI ΝΑΥ الوقت, atque secundae, λεπτα δευτερα, ՇԱՆ ՇՈՎ, الاون الاون (MS. الايان الاوان), dictae, quae diuisiones Chaldaeorum inuenta praedicantur<sup>100</sup>). Quum domini minutarum et secundarum non possint non conuenire cum horarum dominis; hic fuisse videtur eorum ordo:

Domini Horarum	Ordo Minutarum	1	2	3	4	5	6	7	8	.....	59	60
1 ♄	Domini	♄	♃	♂	☉	♀	♃	♃	♄	.....	♂	☉
2 ♃	Domini	♃	♂	☉	♀	♃	♃	♄	♃	.....	☉	♀
3 ♂	Domini	♂	☉	♀	♃	♃	♄	♃	♃	.....	♀	♃

§. 39.

De Periodis.

Inter omnes constat, in chronologia Aegyptiaca non solum annos, menses, dies et reliquas temporis partes minores adhibitas fuisse, sed etiam maiores, siue periodos vel cyclos. Quorum notissimus est annus canicularis, ενιαυτος κνικος, qui post annos 1461 Aegyptiacos, siue 1460 Julianos renouatur, stella canis sub initium anni oriente cum sole. Hoc numero cum 25, qui est numerus annorum periodi Apidis, multiplicato, oritur Cyclos 36525 annorum, αποκαταστασις ζωδιακου, siue ενιαυτον, qui est numerus librorum Hermeticorum. Non minus celebrata est Periodus Apidis, εκκοσιπενταετηρης, cuius haec est ratio, vt post 25 annos Aegyptios ♃, cuius symbolum est Apis, cum ☉ eundem fere coeli locum denuo occupet. Hic vero numerus 25 per 20 multiplicatus dat 500 annos, qui periodum Phoenicis, πινενε, الزمان, valere creduntur<sup>1)</sup>. Etiam de cyclo 30 annorum, τριακονταετηρης, constat ex Inscriptione Rosettana, quae quidem periodus conuenit cum generatione, quae secundum Herodotum aliosque circiter 30 annis constitit. Cyclos autem generationis πινωογ, الحجيل الحقب, in lexicis Copticis inter diuisiones temporis numeratur. Licet de his aliisque cyclis apud Aegyptios forte adhibitis non tradatur, eos instar reliquorum temporum suos habuisse dominos; id tamen quasi per se intelligitur. Et hoc diserte testatur locus Inscriptionis Rosettanae, vbi Ptolemaeus Epiphaneus vocatur κνριος τριακοντα ετηριδων καθαπερ

100) Geminus in Petau. Vranol. p.63. al. MS. Copt. Reg. Bib. Par. No. L. pag.15. Voc., Kircher. Ling. Aeg. p.62.

1) Vid. Ideler Chronologie Vol. I. p.124. 182. ss. Zoega de Obeliscis pag.505. Puto cyclum Phoenicis esse eum, quo ♃ eodem die anni Aegyptiaci iterum cum ☉ coniunctus oritur. Sin accuratius cupis, constat 498 aut 700 annis Aegyptiacis. Nam Phoenix, siue Aquila, symbolum ♃ est. Sic et cyclos 39 annorum is esse videtur, quo ♂ eodem die Aegyptiaco denuo cum ☉ coniunctus oritur primum. Eius enim dominus Hephaestus vel ♂ est. Videntur gradus nonnulli negligi propter numeros rotundos et analogiam anni canicularis.



ὁ Ἡφαιστος ὁ μέγας. Vocabulum enim *κρηιον* solemne est pro domino astrologico, atque Ἡφαιστος ὁ μέγας ipse est ♂, cuius similitudo propter bella bene gesta Epiphanes dicitur, quo viuento, vti probabile est, illa periodus 30 annorum redintegraretur. Ceterum Periodorum quoque dominos fuisse planetas, ex Ptolemaeo concludimus, vbi septem vitae humanae peroidi his dirigi dicuntur astris<sup>2)</sup>:

Ordo	1	2	3	4	5	6	7
Domini	♃	♆	♀	☉	♂	♄	♅
Periodi	infantia	pueritia	adolescentia	iuuentus	virilitas	senectus	senium
Longitudo	4 anni	20 anni	8 anni	19 anni	15 anni	12 anni	vsque ad mortem

Inuersa ratio fuisse videtur in periodis proprie sic dictis, quae a ♅ inde regerentur. Hoc saltem in periodis canicularibus locum habuisse, claret. Cuiam enim non in mentem venit fabula de regno Saturni aureoque aeuo. Tradunt veteres, initio, hoc est post diluuium, regnasse Saturnum (♅), eumque amisso imperio, cessisse regnum rerum omnium Ioui. Quum Planetæ ♅ et ♄ aliarum periodorum domini fuerint, vt vidimus, iam sequitur inde, eos et cyclis Sothicis praefuisse, primum ♅, hinc ♄. Jam vero periodus quaedam canicularis, vt ex Censorino (c. 21.) constat, finita est anno 139 post Christum, praecedens vero anno 1322 ante Christum, praecedens denique anno 2782 ante Christum. Secundum Syncellum annus diluuii est 3257 a. Ch., quare annis 475 post prima periodus canicularis coepit. Ergo ♅ siue Saturno imperium primae periodi vsque ad annum 1322 ante Ch. conuenit, secundae ♄, id est deo Ioui. Quod Saturnus ille filios deuorasse narratur, id a veteribus peculiare suis dicitur. Sus vero symbolum est ♅ planetae, de quo infra<sup>3)</sup>.

### §. 40.

## De Septenariis.

Inter omnes periodos Septenaria ΕΠΤΟΝΑΖΙΝ *أسابيع* maxime vulgaris fuisse videtur, cuius duplex est ratio. Septem enim anni cyclum quendam valebant, et septem huius generis cyclis, seu hebdomadibus, periodus 49 annorum constabat. Hebdomas enim dicitur non solum de diebus, sed etiam de annis, vt scimus ex Gellio, vbi Varro se iam duodecimam annorum hebdomadem ingressum esse dicit<sup>4)</sup>. Horum annorum hebdomaticorum, seu septenariorum vel septimanariorum, magnum momentum erat in rebus Aegyptiorum astrologicis<sup>5)</sup>. Planetæ enim quum sunt chronocratores, siue quum praesunt singulis annis, aut septem annorum spatiis, diuersam exercent vim pro diuersis suis naturis. Atque apud Firmicum singularis commemoratur periodus ex annorum hebdomadibus numero 9 multiplicatis, quae annis 63 constet. Huius generis anni

2) Ptolemaei Quadripart. post Firmicum Vol. II. pag. 72.

3) Caeterum diserte docet Firmicus, antiquissimis libris tradi, post mundum creatum primo ♅, hinc ♄, hinc reliquos planetas temporum potestatem habuisse. Vid. Firm. L. III. c. I. p. 47. Hinc Doidor. Sic. p. 231. Wes. tradit, Saturni aetate mores fuisse simplices.

4) Gellius N. A. L. III. 10. Ideler Chronol. Vol. I. p. 89.

5) Vid. Salmasius Ann. Climacter. pag. 102 — 107. Firmicus Lib. II. cap. 28. 29. 30. Lib. VI. c. 33.

hebdomatici sunt illi, quos Pharao aetate Josephi somnio vidit. De dominis cyclorum et periodorum septimanariarum nihil traditum inueni, sed probabile est, eos, quum ad vitae aetates referantur atque annus et cyclus 7 et 9 quisque fatales dicantur, cum dominis aetatum vitae conuenire, vt sequens tabula docet.

<i>Anni et Cycli</i>	1	2	3	4	5	6	7	...	49	...	63
<i>Domini</i>	♃	♆	♀	☉	♂	♄	♅	...	♅	...	♅

§. 41.

De Anno Magno.

Nihil notius et celebratius est, quam annus Aegyptiorum, qui dicitur, magnus, *μεγας ενιαυτος* (? *ΖΑΝ ΟΥΝΩΟΥΓΙ*, *الحول المقبل*, annus vertens K.). Sed diuersissimae sunt de eo tum veterum, cum recentiorum sententiae, vt Marshamus docet Can. Ch. p.10. In eo vero plerique consentiunt, quod constet annis, vel temporibus, quibus septem planetae, aut sex ♆ ♀ ☉ ♂ ♄ ♅ iterum iisdem Zodiaci in gradibus a terra nostra spectati deprehendantur. Luna enim ab aliis ad annum magnum non pertinere dicitur<sup>6)</sup>. Fac itaque, quod astrologi se scire iactarunt, mundo nascente haec fuisse planetarum loca: ☉ Ω 15°, ♅ ζ 15°, ♄ ⸗ 15°, ♂ η 15°, ♀ ε 15°, ♆ ηρ 15°, ♃ ε 15°; habebis annum magnum finitum, quum planetae iterum iisdem singuli in gradibus apparuerint: vel, quum illa loca aperte falsa sint et a natura astronomiae nostrae aliena, fac, initio septem planetas Aegyptiacos omnes vno eodemque in Zodiaci loco visos fuisse, vt Aristoteles vult (*Meteor. L. I. c. 14.*); is est finis anni magni, quum loco dicto eadem astra iterum contineantur coniuncta. Dissensus vero est de huius spatii longitudine. Et multi quidem periodum caniculari pro anno magno habuerunt, ita vt 1460 annis constare diceretur<sup>7)</sup>. Sed quum haec periodus *ἀποκαταστασις του ζωδιακου*, et *ενιαυτος ηλιακος*, et *Θεου ενιαυτος*; alia vero *ἀποκαταστασις κοσμικη* vocetur: apparet anni magni nomine duas periodos diuersas appellatas fuisse. Eodem ex loco Censorini nouimus, annum magnum constare annis 2484 e sententia Aristarchi, annis 5552 secundum Aretem Dyrachinum, annis 10,800 vel 18,000 secundum Heraclitum et Linum, annis 10,884 ex sententia Dionis, annis 36,000 secundum Cassandrum, annis 36,525, qui est numerus librorum Hermeticorum secundum Manethonem, vt Syncellus vult; annis 100,020 opinione Orphei; annis 300,000, vt Firmicus tradit, annis 350,635 iudicante Achille Tatius, annorumque aliis spatiis secundum aliorum placita, de quibus videndus est Iacobus Thomasius. Haec autem omnia falsa sunt, scilicet orta ex falsa computatione circuituum planetarum circa solem et ex falsa anni definitione<sup>8)</sup>. Subsistamus primum in eo, quod Sextus Empiricus ex astronomis Aegyptiacis

6) Censorinus de Die nat. c.18. Confunditur vero hic annus Magnus, seu canicularis, cum Maximo, Firmicus ipse in genitura mundi sequente ponit ♃ in ε. Vid. L.III. c.1. pag.45.

7) Censorin. de die natali cap.18. Syncellus p.25 a. Plutarch. Placit. Phil. L.II. e. vlt.

8) Syncellus pag.35. d. cyclum 36,525 annorum vocat *ἀποκαταστασιν κοσμικην*. Firmicus Lib.III. c.1. pag.47. „trecentorum“ inquit „millium annorum maior *ἀποκαταστασις* hoc est redintegratio, per *ἐκπυρωσιν* aut per *κατακλυσμον* spatium perficitur. His enim duobus generibus *ἀποκαταστασις* fieri consuevit. Namque exustionem diluuium, hoc est, *ἐκπυρωσιν κατακλυσμος* sequitur. Nulla enim re alia exustae res poterant renasci, nec vlla re alia ad



atque Ptolemaeus afferunt. Secundum hos enim annus magnus, ἀποκαταστασις ἀπαντων, de quo loquuntur etiam Origenes, Clemens Alexandrinus, Philo aliique, absoluitur annis 9966, ut hic habet, aut 9977, ut Empiricus docet<sup>9)</sup>. De his quidem numeris rector est ultimus, quia, ut Fabricius ad Sextum Empiricum iam monuit, in eo latent anni enneati et hebdomatici. Sunt vero 9977 anni Aegyptiaci, de quibus hic agitur, aequales 9971 $\frac{2}{3}$  annis Julianis et quod excurrit. Qui numerus, si est tempus, quo 7 planetae, qui Aegyptiis dicuntur, denuo in vno eodemque Zodiaci gradu coniuncti appareant, is esse debet, ut per numeros annorum, quibus planetae circum solem feruntur, diuisus residuum non habeat, imo totus absumatur. Quum vero huius rei periculum feceris, videbis, nullius planetae circuitum in illo numero aut decies, aut centies, aut pluries contineri sine fractione. Ex quo sequitur, post 9977 annos Aegyptiacos neutiquam 7 planetas ad eadem loca reuerti, quae totidem annis antea occupauerunt. Idem valet de reliquis annorum numeris, quae supra attulimus. Et reuera tempus est nullum, quo, quum accuratius id problema inuestigamus, septem illi planetae iisdem simul in locis appareant, siue tantum, ut numerari non queat, quod Proclus iam optime animaduertit<sup>10)</sup>. Sed ut anni magni ratio vel aliqua ex parte explicetur, haec addere liceat. Primum quidem requiritur, ut post annum magnum ☉ accuratissime in eodem puncto eclipticae reperiatur, qua de re non agitur de anno Aegyptiaco, sed de Juliano eoque correctissimo, scilicet tropico dierum 365,242264 = 365 d 5 h. 48' 51". Porro necesse est, ut quum ☉ initio anni magni, si hoc exemplo uti licet, in  $\Upsilon$  0° 0' 0" pariter atque reliqui planetae ♃ ♄ ♀ ♂ ♆ ♇ fuerit, omnes simul eodem reuertantur sub finem huius anni, quod pendet a cyclis planetarum. Cyclum enim planetae cuiusdam dicimus tempus, quo bini, veluti ☉ et ♃, ☉ et ♄, ☉ et ♀, ☉ et ♂ et sic porro, iterum in eodem puncto vel eodem anni tropici momento coniuncti apparent. Huiusmodi cycli sex astronomici satis cogniti fuerunt veteribus, ut ex Tatius et Niceta Choniata clarum est<sup>11)</sup>. Ex tabulis vero nostris astronomicis facile intelligitur, quales sint. Jam adscribamus sex cyclorum genera, quibus, licet rude computatis, tota res perspicitur. Tabula itaque sequenti docetur, quae sit planetarum longitudo certos post annos, dum ☉ in  $\Upsilon$  0° 0' 0" vel alio in puncto cogitatur, id quod litera *n* significat.

pristinam faciem formamque reuocari, nisi admixtiones atque concretus puluis favillarum, omnium genitalium semina, collectam conspiceret faecunditatem." Achilles Tatius in Petau. Vranol. c. 18. pag. 137. Jac. Thomasius de Stoica mundi exustione Diat. V. Petrus Gassendus Op. T. I p. 176.

9) Sextus Empir. adu. Astrol. L. V. c. 105. pag. 355.

10) Proclus Paraphras. L. I cap. 2. p. 10. ἄλλα καὶ οἱ ἀρχαῖοι συζητήματα τῶν πλανουμένων, εἰς ὃν ἐφαρμόζεται τὰ ἐπ' ἐκείνων παρατηρηθέντα προσηγορευματικῆ πρὸς τοὺς νῦν συζητητοὺς, παρομοιοὶ μὲν γίνονται πλεῖστον ἢ ἑλαττοὶ καὶ τοῦτο διὰ μακρῶν περιόδων ἀπαρλλακτοὶ δὲ παντελῶς, οὐδαμῶς. Ἡ γὰρ παντῶν ἐν τῷ οὐρανῷ μετὰ τῆς γῆς συναποκαταστασις, ἣ οὐδ' ἄλλως κατὰ τὸ ἀκριβὲς ἀποκαθίσταται, ἣ οὐκ κατὰ χρόνον εἰσθλητὸν ἀνθρώπων.

11) Achilles Tatius in Petau. Vranol. p. 137. cap. 18. Nicetas Choniata L. I. de orthodoxa fide cap. 9. Cycli, quos adscripsi, desumpti sunt ex tabulis Astronomicis Parisinis 1782., quae, quamuis incorrectae, fini nostro sufficiunt.

☉ et ♃		☉ et ♀		☉ et ♀	
Anni	Longitudo	Anni	Longitudo	Anni	Longitudo
1	n + 129° 23' 5''	1	n + 53° 43' 3''	1	n + 224° 47' 30''
19	n — 8° 59' 1''	13	n — 9 23 37	8	n + 1 32 14
38	n — 4° 47' 28''	33	n + 5 25 15	16	n + 3 4 29
57*	n — 0° 35' 13''	40	n + 29 37 44	24	n + 4 36 43
76	n + 3° 34' 37''	46	n — 3 58 23	32	n + 6 8 58
95	n — 5° 23' 25''	79	n + 1 26 52	227	n — 2 24 27
114	n — 1° 11' 51''	125	n + 1 34 2	235	n — 1 2 33
133	n + 2° 58' 42''	171	n — 2 24 21	243*	n + 0 29 42
152	n + 7° 11' 15''	217	n — 2 17 11	251	n + 1 1 56
171	n — 1° 47' 46''	388*	n — 0 35 58	1872*	n — 0 15 50
		776	n — 1 11 58		

  

☉ et ♂		☉ et ♃		☉ et ♃	
Anni	Longitudo	Anni	Longitudo	Anni	Longitudo
1	n — 168° 42' 50''	1	n — 329° 34' 38''	1	n — 347° 46' 23''
32	n + 5 20 42	12	n + 4 21 18	29	n — 5 11 9
47	n — 3 44 34	83*	n + 0 3 36	30	n + 7 2 28
79*	n + 1 33 8	95	n + 4 24 55	59	n + 1 51 19
158	n + 3 37 42	166*	n + 0 12 13	88	n — 3 17 47
205*	n + 0 21 35	249*	n + 0 20 51	147	n — 1 26 28
410*	n + 0 43 10	996*	n + 1 28 24	206	n + 0 27 2
820	n + 1 57 46	1980	n — 1 24 30	324	n + 4 13 36
1640	n + 3 35 32	1992	n + 2 56 48	353	n — 0 57 32
1687*	n + 0 7 58	3960	n — 2 48 56	756*	n — 0 1 44
				1530	n — 0 3 25

Quemadmodum vero hi cycli sunt simplices, ita et compositi dantur, veluti ☉ ♃ et ♀, ☉ ♃ et ♀, ☉ ♂ et ♃, ☉ ♃ et ♃. Porro oriuntur bicompositi, quum quaterni planetae componantur et sic porro. Horum cyclorum haec est ratio, vt post longiora demum interualla reparentur. Verbi causa, quum ☉ et ♃ post 57 annos demum in eodem gradu eclipticae conspiciantur, et scire cupias cyclum, quo et ♃ ibidem sit; in oculos incurrit, eum pluribus annis constare quam 57. Post 57 annos enim ♃ longe distat a ♃ 0° 0' 0'', quo ☉ et ♃ versari positum est. Nam ♃, quum paullo accuratius obseruatur, primum post 83 annos iterum cum ☉ in eodem gradu coniunctus est. Quam ob rem hi duo numeri inter se multiplicari debent, ita vt habeas  $57 \times 83 = 4731$  annos, quibus ☉ ♃ et ♃ in aequinoctio verno iterum conspiciantur. At ne hic quidem numerus est iustus et satis accuratus. Quum enim neque ♃ post 57 annos neque ♃ post 83 annos accurate in eodem eclipticae puncto versentur, imo aut plus spatii aut minus aliquid per-



currant; haec differentia, vtut exigua initio, post 4731 annos adeo augetur, vt ☉ ☾ et ♃ iam post hunc decursum longe inter se distent. Quam ob rem denuo numerus annorum quaeri debet, quo illi planetae nihil fere a dicto puncto aequinoctiali distent, ex quo iam sequitur, cyclum illum esse multo maiorem, quem diximus ☉ ♃ et ♃. Item in reliquis. Quam ob causam rem perfunctorie tractemus. Fac, missa Luna, esse hos planetarum circuitus circa solem haecque annorum spatia, quibus, vti dictum est, iterum cum ☉ coniuncti cernantur, quae numeris vulgaribus expressa haec tabula continet:

<i>Planetae</i>	♃	♀	♂	♃	♃
<i>Anni Juliani</i>	8	8	32	83	324
<i>Circuitus facti</i>	33	13	17	7	11

Jam quaeritur spatium temporis, quo horum 5 planetarum omnium ac singulorum simul longitudo iterum eadem reperiatur. Qui numerus is esse debet, partim vt numeris annorum cycli-  
corum diuidi possit sine fractione, partim vt pro illis numeris minimus sit diuiduus. Itaque habebis annum magnum ex annis Julianus  $215136 = 32 \cdot 81 \cdot 83$  constantem. Hic enim numerus est diuiduus minimus pro 8, 8, 32, 83, 324, quae circiter sunt cycli ♃ ♀ ♂ ♃ et ♃ iterum cum ☉ congregientium. Atque hoc quidem spatio numerantur planetarum circuitus circa solem circiter

<i>Planetae</i>	♃	♀	♂	♃	♃
<i>Circuitus</i>	887436	349596	114291	18144	7304

At haec, vti diximus, ratione rudissima inueniuntur. Quum enim circuitus planetarum vel paullo accuratius sumuntur, annus magnus non 215,136 annis, sed duplici, triplici, quadruplici, quin multiplici numero constare cernitur, praesertim quum ♃ ratio habetur. Ceterum hic annus magnus 215,136 annorum est etiam cyclus compositus planetarum ☉ ♂ ♃ et ♃. Quum enim cycli ♃ et ♀ annorum 8 iam insint in cyclo ♂ quippe 32 annorum, ille numerus efficitur solis ☉ ♂ ♃ et ♃ planetis. Post tantum igitur temporis spatium ♂ ♃ et ♃ eodem die Juliano denuo simul in eodem loco eclipticae versantur. Ex quo sequitur, quum Aegyptiorum quaedam observatio astronomica inueniretur, ex solis locis planetarum ☉ ♂ ♃ ♃, neglectis ♃ ♃ et ♀, annum certissime erui posse, quo obseruata fuerint astra. Ex loco ♃ vero ♃ et ♀, vel solius ♃ dies cognosceretur obseruationis institutae. Horoscopus denique, siue stella eclipticae ascendens, quum notatus cerneretur inter reliqua, horam proderet, si locus ☾ non sufficere crederetur. Ad annum vero, quo obseruatio astronomica quaedam facta sit, cognoscendum, ne opus quidem est tribus planetis superioribus, imo saepissime duo sufficiunt, vel vnus superior cum inferiore, veluti ♃ et ♀, ♃ et ♃, si adest obseruatio accurata. Sic ♃ et ♃ post multos demum annos, circiter  $58748 = 756 \times 83$  eodem die Juliano iterum eadem loca Zodiaci occupant, siue, quod idem est, pristinam cum ☉ a puncto aequinoctiali verno singuli simul recuperant longitudinem. Sed de his satis superque. Jam enim clarum est, cuius argumenti gratia haec disputata fuerunt, post im-  
mensa temporis spatia demum septem, quos Aegyptii dixerunt, planetas omnes simul in iisdem

locis apparere, siue, vt Proclus l. c. ait, „omnium coelestium et terrestrium restitutionem vel numquam adamussim accidere, aut certe non iis spatiis, quae comprehendere homines possunt.“ Per immensa vtique spatia singulis quibusque diebus, imo singulis quibusque horis, aliae sunt planetarum constellationes, neque duo sunt dies, neque duae horae per totam historiam, quibus planetae 7 illi iisdem, vel propinquis in locis apparuerunt, etiamsi vel 5 aut 10 graduum differentiae negligentur. Qua de re quum inscriptio cum constellatione quadam planetarum siue omnium, siue nonnullorum, maxime superiorum, inueniatur, addito facto historico; certi simus, eam non nisi ad vnum annum, vnum mensem, vnum diem, quin vnam horam referri posse et debere per totum historiae spatium.

§. 42.

De technicis circa planetas.

Adspectus trigonus ( $\Delta$ ) vocatur positio planetarum secundum trigona Zodiaci. Quem adspectum Chaldaei dicunt Almugiam trigonam, Copti et Arabes  $\Delta\epsilon\tau\rho\omicron\Nu$  اثالث. Quum igitur duo planetae sunt in diuersis signis, ita vt tria alia signa integra intersint, dicuntur in adspectu trigono esse, siue, quae vox est pro eo solennis,  $\epsilon\pi\beta\lambda\epsilon\pi\epsilon\upsilon\nu$ , *adspicere* sese inuicem.

Adspectus quadratus ( $\square$ ) est positio planetarum secundum quadrangulos,  $\Delta\epsilon\tau\rho\alpha\varsigma$  الترتيب, cuius haec est proprietas, vt planeta quarto signo ab alio quodam planeta positus sit, quod verbo solemniter  $\sigma\upsilon\mu\phi\omega\nu\iota\nu$ , *consentire* exprimitur.

Adspectus sextilis ( $*$ ),  $\epsilon\zeta\iota\omicron\Nu$ , السدس dicitur, quum planetae in signis apparent, quae vnum solummodo medium intercedit.

Adspectus confinis (?  $\pi\theta\omega\beta\omega$  التناهي<sup>12</sup>) est, quum planetae versantur in duobus signis inter se confinibus.

Coniunctio,  $\mu\chi\omega\tau\pi$  الاتصال, parilis radiatio, dicitur, quum planetae inter vnus signi terminos apparent. Sensu strictiori coniunctio est, quum planetae quam minime inter se distant.  $\Delta\omicron\upsilon\tau\phi\omicron\theta\omicron\eta\sigma\iota\varsigma$ , stipatio, est ratio planetarum in vno signo versantium<sup>13</sup>).

Oppositio,  $\mu\theta\omicron\gamma\beta\epsilon$  المقابلة,  $\delta\iota\alpha\mu\epsilon\tau\rho\varsigma$ , in eo constat, quod planetae in signis sibi oppositis, veluti  $\Upsilon$  et  $\Xi$  versentur. Ea sensu strictiori dicitur de binis Zodiaci gradibus sibi oppositis, siue  $180^\circ$  seiunctis.

Statio,  $\sigma\tau\eta\rho\iota\gamma\mu\omicron\varsigma$ ,  $\mu\theta\iota\chi\iota\Nu\omicron\zeta\iota\epsilon\rho\alpha\tau\gamma$ ,  $\dagger\sigma\tau\alpha\varsigma\iota\alpha$ , التوقيف dicitur, quum planetae inter stellas fixas per aliquod tempus quiescere videntur ac stationarii sunt. Constitutio, quam Gellius dicit, prima vocatur, quum planeta, in itinere suo antea procedens, primum quiescit; secunda vero, quum, retrocedens antea, iterum immobilis cernitur apud stellam aliquam. Sensu latiori  $\sigma\tau\eta\rho\iota\gamma\mu\omicron\varsigma$  dicitur de duobus eclipticae locis, quibus planetae haud multum mouentur.

Recessus, retrogradatio planetarum,  $\dagger\sigma\gamma\sigma\tau\rho\iota\tau\iota\alpha$ , الزيرجه, est eorum motio contraria a prima statione ad secundam vsque.

12) MS. Copt. Bibl. Reg. Paris. No. L. p. 10. Voc. Kircher ling. Aeg. rest. p. 51.

13) Sextus Empir. Lib. V. c. 38. p. 344. Proclus L. I. c. 28. p. 76.



Combustio planetarum est coniunctio eorum cum ☉, cuius radiis, quamdiu subsunt, viribus suis destitui ac comburi dicuntur. Quum vero ☽ in radiis ☉ ita versatur, vt pars ☉ obscuretur, id eclipsis solis,  $\pi \mu\omega\iota \ \acute{\nu}\tau\epsilon \ \pi \ \rho\eta$  vocatur. Sin ☿ ☿ et ☿ orbe ☉ teguntur, vocantur stellae absconditae,  $\acute{\alpha}\gamma\alpha\upsilon\iota\tau\alpha\iota$  et  $\sigma\upsilon\nu\delta\omicron\iota\chi\alpha\iota$ .

Stellae diurnae, seu per diem gaudentes sunt ☉ ☿ et ☿; nocturnae, seu per noctem gaudentes ☽ ♂ ♀; ☿ vero ad vtramque naturam se accommodat; diurnus, ☉ similis, si est orientalis, nocturnus, ☾ similis, occidentalis, hic fortior quam illic. Dicuntur etiam  $\acute{\alpha}\chi\rho\upsilon\nu\chi\alpha\iota$  ☿ ☿ ♂ ♀ et ☿, quando oriuntur, quum ☉ occidit, et matutinae, quum praecedentes ☉ orbem oriuntur, et vespertinae, quum post ☉ ortum sequuntur. Et fiunt quidem, vt accuratius traditur, vespertinae aut matutinae certis gradibus a ☉ distantes, vt sequens tabula docet <sup>14)</sup>.

<i>Planetae</i>	<i>Matutini</i>	<i>Vespertini</i>	<i>Natura diurni aut nocturni</i>
☿	12° ante ☉	12° post ☉	diurnus vt ☉
☿	11° (al. 12°).	11° (al. 12°).	diurnus vt ☉
♂	8°.....	8°.....	nocturnus vt ☽
♀	8°.....	8°.....	nocturna vt ☽
☿	8°.....	8°.....	communis vt ☉ et ☽

$\acute{\Lambda}\nu\alpha\tau\alpha\chi\upsilon\iota\varsigma$  vocatur, quum planetae diurni in domiciliis planetarum nocturnorum versantur, et vice versa, id quod etiam extenditur ad Hypsomata.

Planetae natura sua masculi sunt ☉ ☿ ☿ et ♂, feminini vero ☽ et ♀, vtrumque genus ☿ prae se fert. Sed mutant sexum omnes, quum masculi sequuntur ☉, atque feminini ☉ forte praecedunt aliasque ob causas <sup>15)</sup>.

### §. 43.

#### De technicis circa signa Zodiaci.

Aspectus signorum platicus est ratio signorum secundum Trigona, Tetragona, Hexagona, Diametra, de quibus supra dictum est. Quo quum sensu verba  $\acute{\epsilon}\pi\iota\beta\lambda\epsilon\pi\epsilon\iota\nu$ ,  $\acute{\epsilon}\pi\iota\theta\epsilon\omega\rho\epsilon\iota\nu$  et  $\beta\lambda\epsilon\pi\epsilon\iota\nu$  adhibeantur,  $\zeta\omega\delta\iota\alpha \ \acute{\alpha}\beta\lambda\epsilon\pi\tau\alpha$  significant ea, quae ratio illa dicta non intercedit, vt ♃ et ♀.

Signa videntia se et audientia sunt varia dodecatemoria, obscuras quasdam ad leges, inter se affinia, vt ♃ et ♄, de quibus videndus est Firmicus <sup>16)</sup>.

14) Firmicus Lib. II. c. 9. pag. 21. Ptolemaeus Quadr. L. I. c. 7. p. 7.

15) Ptolemaeus Quadrip. L. I. c. VI. p. 7. „Aiunt etiam planetas „inquit“, vt ita dicam, masculinizare et foeminizare secundum figuras, quae in sui cum ☉ collatione formantur. Nam cum ipsi solem praecedentes orientales existunt, masculini: cum vero solem sequentes occidentales fuerint, foeminini dicuntur. Idem etiam *per figuras*, quas in horizonte formant, habere probantur. Cum enim in locis fuerint, quae sunt ab oriente vsque ad coeli medium, vel ab occidente vsque ad oppositum medii coeli sub terra, sunt masculini, in duabus autem partibus residuis sunt foeminini.“

16) Vid. Firm. L. VIII. c. II. pag. 213. secundum librum, vt ait, Abrahae.

Signa bicorporea sunt  $\Pi$   $\text{♁}$   $\text{♂}$   $\text{♃}$ , reliqua non bicorporea <sup>17)</sup>.

Signa firma, *στερεα*, vocantur  $\text{♄}$   $\text{♅}$   $\text{♆}$   $\text{♇}$ , reliqua sunt ab ea natura aliena.

Signa Tropica sunt  $\text{♄}$   $\text{♅}$   $\text{♆}$   $\text{♇}$ , quoniam in iis aequinoctia, vernum scilicet et autumnale, atque solstitia, aestivum et hibernum accidunt.

Cardines Zodiaci vocantur quatuor puncta, in quibus quum  $\odot$  versatur, fiunt aequinoctia et solstitia.

Quatuor Trigona Zodiaci vocantur igneum, terreum, aereum, aquaticum, scilicet  $\text{♄}$   $\text{♅}$   $\text{♆}$  et sic porro deinceps.

Trigonum dextrum est signum eiusdem Trigoni retro positum, sinistrum vero contra, quare Trigonum  $\text{♄}$ , verbi causa, dextrum significat  $\text{♁}$ , sinistrum  $\text{♅}$ .

Antiscia sunt parallelae cum linea a puncto aequinoctii verni ad aequinoctii autumnalis punctum ducta, ita ut medium signum attingant. Hinc dicuntur signa antiscia veluti  $\text{♄}$  et  $\text{♁}$ ,  $\text{♅}$  et  $\text{♇}$  et sic porro.

*Synanatelonta* sunt stellae extra Zodiacum positae, una cum partibus eclipticae eodem tempore orientes.

## §. 44.

### De Technicis circa Horoscopum.

*Horoscopare*, *ὠροσκοπεῖν*, dicitur de quavis stella, siue fixa, siue planeta, etiam de signis, nunc quae prima in parte circuli horoscopici versantur, nunc quae certo temporis momento oriuntur.

*Μεσορρανεῖν*, in medio coelo esse, adhibetur de iis stellis, quae culminant, aut, parum accurate, quae insunt in illa parte Horoscopi, quae *μεσορρανημα*, *μεσορρανεῖα* dicitur.

*Centra Horoscopi*, vel cardines, vel anguli, *ἐπικεντροὶ*, sunt quatuor dodecatemoria primaria horoscopici illius circuli; nimirum Horoscopus, Medium coeli, Occasus atque Imum coeli, seu *ἐπογγή*; accuratius vero puncta, quibus illa incipiunt.

*Loca pigra*, *ἀργα*, dicuntur ea Horoscopi dodecatemoria, quibus singulare decretum non fuit adscriptum, scilicet sextum et duodecimum, secundum et octavum, quae et deiuncta et ablepta (male deiecta) vocarunt <sup>18)</sup>.

*Dominus geniturae*, *διοδεσποτῆς τῆς γενεσεως*, non est nisi vnus ex planetis  $\text{♃}$   $\text{♄}$   $\text{♅}$   $\text{♆}$  et  $\text{♇}$ , cuius inuentio varie describitur <sup>19)</sup>. Alii enim dicunt, eum planetam esse dominum geniturae, qui in principalibus geniturae locis positus, in signis aut in finibus suis esset inuentus; alii, in cuius stellae finibus  $\odot$  et  $\text{♁}$  fuissent inuenti; alii, qui latitudinis  $\text{♁}$  dominus fuisset inuentus; alii, cuiuscunque signum post natum hominem  $\text{♁}$ , relicto eo signo, in quo est, fuisset ingressa, quam rationem, ut verissimam et ab omnibus comprobata, Firmicus sequitur.

*Locus de nuptiis*, *γαμικὸς τοπὸς*, si platice sumatur, quintus est in Horoscopi Themate, sin

17) Sextus Empir. adu. Astrol. L. V. c. 10. pag. 339. ss.

18) Vid. Salmas. de ann. climactericis pag. 230. ed. Bat. 1648.

19) Vid. Firmicus Lib. IV. cag. 12. pag. 99.



μοιρικως definiendus sit, vt Salmasius docet, τον γαιμικον κληρον generat, qui πολυτροπως et πολυμερως spectandus est<sup>20</sup>).

§. 45.

T e c h n i c a c i r c a t e m p o r a .

*Dies Aegyptius* est dies infaustus, καταμαρμενος, quem Romani Graecique dixere, cui opponuntur dies felices, εὐχρηστοι. Horae quoque dicuntur aliae aptae, aliae ineptae et infaustae ad varia vitae negotia tractanda. Quamquam de rationibus non satis constat, ob quas tempora quaedam in calendariis antiquis notata fuerint infausta, id tamen pendere videtur a constellationibus planetarum infaustarum, de quibus infra<sup>21</sup>).

*Annus climactericus* est annus fatalis, quo pericula imminet. Nam κλιμακτηρ, proprie gradus scalae, significat pericula vitae fortunarumque<sup>22</sup>).

*Androclas*, ἀνδροκλας (male passim Androdas exaratur), est annus 63 post certam quandam epocham, isque perniciosissimus, quippe ex 7 et 9 inter se multiplicatis constans. Etenim annus septimus et nonus perniciosi habebantur<sup>23</sup>).

*Chronocrator* dicitur planeta, temporis dominus, praesertim vitae humanae dator. Per diem quidem ☉, per noctem ☽ dominare creduntur in genituris. His quidem cum reliquis planetis potestas adscribebatur, annos natorum nunc augendi, nunc minuendi, secundum rationes astrologicas obscuras<sup>24</sup>).

§. 46.

O b s e r u a t i o n e s a p o t e l e s m a t i c a e .

Iam aliquid addendum est de placitis Aegyptiorum astrologicis. Lubenter quidem abstinere-mus a doctrina adeo superstitiosa, calamitosa ac vere impia, quae est astrologia. Haec enim fuit generis humani communis fere peruersitas, vt subinde, amissa per suam culpam cognitione numinis supremi atque clementis vera, ad vanam religionem, astrorum cultum, nefandumque polytheismum et pantheismum et naturalismum abriperetur. Sed astrologia adeo cohaeret cum astronomia, vt vnum quasi corpus duae illae disciplinae apud Aegyptios effecerint, neque altera sine altera penitus intelligi possit. Quam ab rem opus est, duobus saltem verbis significare, in quo constiterit Aegyptiorum astrologia, siue doctrina astrorum apotelesmatica. Et haec est quidem eius summa. Quaecumque fiunt in rerum vniuersitate, et facta sunt, et fient; tum quaecumque hominibus singulis aut grata, aut ingrata et incommoda accidunt: ea effectus sunt astrorum, potissimum septem planetarum cum variis coeli constellationibus cooperantium. Iam vides, quid

20) Vid. Salmas. de ann. climacter. pag.199.

21) Vid. Petau. Vranol. p.112. Salmas. de ann. climact. pag.819. 821.

22) Varro ap. Agellium L.III. c.X. Salm. de ann. clim. p.1.

23) Firmicus Lib.IV. c.XIV. p.105. Salmas. de ann. climact. p.98.

24) Firmicus L.II. c.28. 29. pag.37.

sibi velit annus ille magnus, quo rerum omnium vicissitudines nullo die nullaque hora sint eadem vel satis similes, quo vero absoluto rerum omnium redintegratio factorumque repetitio incipere credebatur. Ceterum hac tali fide omnem numinis O. M. et prouidentiam, et sapientiam, et gratiam e medio tolli et, quae homo aut bene meruerit, aut peccauerit, ad ferrea fati inexplicabilis et inexorabilis decreta referri; id iam venerandus Pater, Sextus Empiricus in libro suo aduersus astrologos docuit. Iam propius ad rem accedamus. Et constat astrologia Aegyptiaca his quidem capitibus primariis <sup>25</sup>).

I. Planetarum alii sunt benefici, alii malefici, alii denique nunc boni, nunc mali. A beneficiis proueniunt quaecunque accidunt bona hominibus, a maleficis contra. Et benefici sunt semper ♀ et ♁, malefici ♃ et ♂, varius autem ☿. Sed ☉ et ♃, quamuis sint quoque benefici semper et fortiores reliquis omnibus, aliam tamen vim habent in aliis locis.

II. Stellae omnes atque constellationes, maxime in Zodiaco positae, aliae beneficae sunt, quae planetas bonos habent dominos, aliae maleficae, maleficis planetis addictae, vt ♃ et ♁, quippe quibus ♃ vt dominus domus praeest.

III. Circuli horoscopici loca alia sunt benefica, alia malefica, de quibus supra dictum est.

IV. Tempora fausta sunt, quae beneficos planetas dominos habent, infausta contra.

V. Quamdiu planeta quidam in domicilio alius domini versatur, vires huius domini cum viribus planetae quodam modo coniunguntur, ita quidem, vt malefici et benefici quique de sua natura aliquid perdant ac remittant in gratiam contrarii. Idem valet de dominis temporum et de Horoscopo.

VI. Quo fortiores sint personae apotelesmaticae, eo minus de viribus suis perdunt, eo magis vero alterius domini naturam siue malam siue bonam infringunt.

VII. Inter planetas quidem ☉ et ♃ fortissimi sunt, reliqui eo fortiores, quo magis propinqui ☉. Domini vero Zodiaci et temporum, licet inferiores planetis, eo fortiores sunt, quo maiora sint aut locorum coelestium, aut temporum suorum spatia. Qui ordo sic se habere videtur pro dominis eclipticis atque Chronocratoribus.

*Zodiacus*

*Tempus*

Hemisphaeria	Horia	Anni caniculares	Septimanae
Trientes	Decatemia	Periodus Phoenicis	Dies
Quadrantes	Duodecatemia	Generationes	Interdiu
Signa	Icostemia	Periodus Apidis	Noctes
Trigona	Icostotetartemia	Enneatica	Tempora diei
Tetragona	Moerae s. Gradus	Hebdomatica	Horae
Hexagona	Minuta	Tempestates	Minuta
Decuriae		Menses	

VIII. Loca, quibus planetae vires suas maxime exserant, sunt eorum Hypsomata et domicilia propria; minime valent in Tapinomatibus, de quo supra disputatum.

25) Ptolemaeus Quadripart. L. I. p. 7. 33. 76. no. 42. Sextus Empir. L. V. p. 343. Diodor. Sic. L. I. p. 10. Manethonis Apotelesm. L. I. 203. Manilius Astronom. 15, 21, 16, 18. Firmicus, Censorinus, Hermes Centiloq., Paulus Alexandrin., Proclus, Vettius Valens, Porphyrius, Augustinus et alii.



IX. Constellationes aliae sunt salutiferae, aliae pestiferae, seu malignae; ex quo fit, vt planetae bene inter se collocati perdant aliquid de malitia sua, augeantque bonitatem. Sunt autem

Coniunctio	♂	benefica	Quadratus ads.	□	maleficus
Oppositio	♁	malefica	Sextilis ads.	✱	beneficus
Trigonus ads.	△	beneficus			

X. Non sufficit, planetas alios esse beneficos, alios maleficos; adscribuntur etiam singulis quibusque proprietates, virtutes et effectus peculiare, nunc in rerum natura, nunc in vita communi, nunc in fati factisque humanis, facultatibus, negotiis aliisque rebus conspicui, quin imo ad animalia, arbores, plantas, terras, saxa, metalla eiusque generis alia fere innumera pertinentes; de quibus infra.

XI. Quae vires et effectus singulis planetis adscribuntur, eadem sunt partibus coeli et temporis propria iis, quibus singuli praesunt planetae. Sic, quod v. c. valet ♃ planeta, idem valent et Domus, et Decuriae, et Horia, et Gradus ♃, et aliae eiusdem planetae possessiones. Quam ob rem omnia numina astronomica, siue apotelesmatica, ad septem deos deasque reuocari possunt ac debent, nimirum ☉ ☾ ♃ ♀ ♂ ♄ ♅.

XII. Apotelesmata, siue decreta astrorum, sunt aut simplicia, aut composita, aut vniuersalia. Quum enim singuli planetae per se suamque naturam et suas constellationes aliquid valeant et efficiant, nunc singuli rogari possunt, nunc plures, nunc omnes simul. Perfecta autem natiuitas, quae dicitur, *κατα συνκρουσιν*, est, quum omnium numinum apotelesmaticorum, et planetariorum, et zodiacalium, et temporalium decreta consumuntur et summa quaedam inde ducitur.

De his quidem omnibus id est grauissimum nobisque magnopere tenendum, quod Dii Deaque astronomicae eadem habent adtributa, siue sint domini planetarum, siue diuisionum zodiacalium, siue temporum, siue regionum; id quod opus est paullo accuratius illustrare. Exemplo sit ♂. Tradunt autem veteres de ♂ planeta eiusque Domibus, Decuriis, Horiis, Gradibus, Temporibus, Regionibus, quae sequuntur.

Planeta ♂ calidus, iracundus, vehemens, cuius significatio est pugna, caedes, latrocinium, violentum regnum, incestus, cruenta quaeque<sup>26)</sup>.

Domus ♂ in ♀ ad ignem cholericamque naturam declinans, indomita. Homines ad arma parati, clamosi, contentiosi, fortes, timorem incutientes, fures.

Domus ♂ in ♁. Homines militantes, audaces, fortes, incestuosi. Patrocinium animalium mortiferorum<sup>27)</sup>.

Decuriae ♂ variae efficiunt iracundos, impetuosos, feroces, audaces, saenos, temerarios, impios<sup>28)</sup>.

Horia ♂, vel fines, termini, hoc habent proprium, quod faciunt fortes, temerarios, rapaces, crudeles, impios<sup>29)</sup>.

26) Firmicus L. II. c. 10 p. 22 Proclus L. I. c. 5. p. 28. Ptolemaeus Quadripart. L. II. c. 8. p. 29. Manilius Astron. L. IV. c. 12. Firmic. L. III. c. 5. p. 54. 105. 118. aliique.

27) Firmicus L. II. c. 12. p. 25. 26. L. V. c. 5. p. 134. 135. Ptolemaeus Quadripart. p. 6. 31. 32. al.

28) Firmicus L. V. c. 12. p. 144. Ptolem. Quadr. p. 6. 30. 31. al.

29) Ptolemaeus Quadrip. p. 52. Firm. L. V. c. 2. sub ♂, pag. 122.

Moerae, seu gradus ♂ in ♃: exercitus, duces, athletae, biothanati, incestuosi. In ♃: athletae, exoleti, irruminatores, impuri, libidinosi, cinaedi. In ♃: superbi, ferro vel punctura teli morituri. In ♃: impugnatores, victores, piscatores, incestuosi. In ♃: inertes, otiosi. Et sic in reliquis<sup>30</sup>).

Tempora ♂ subiecta progenerant perturbationes, mortis pericula et alia, cum actionibus maximis<sup>31</sup>).

Regiones ♂ generant gentes bellicosas, mutua caede occidentes, veneficas, immansuetas, audaces, ad pericula promptas, subdolas, truces, carniuoras, *Marsos*<sup>32</sup>).

Itaque clarum est, numina astronomica, siue apotelesmatica non esse, nisi *septem*, proprie ♃ ♄ ♀ ☉ ♂ ♃ ♆. Negari enim nequit, horum adtributa esse eadem, aut certe simillima inter se, siue planetas significant, siue partibus Zodiaci, siue aliis possessionibus praestent. Quemadmodum ♂, ita et reliqui planetae sua constanter tuentur adtributa, siue sint planetarum domini, siue Oecodespotae, Decani, Horiocratores, Moerae, Chronocratores, aliisue personis induti. Sed iam accuratius videndum est, quas singulis septem planetis veteres adscripserint vires et effectus. Etenim de his Graeci et Latini auctores et ipsi Aegyptii non solum plurima, sed etiam grauissima quaeque tradiderunt nobisque conseruarunt. Qui iam sequitur catalogus adtributorum dininorum, descriptus est ex Firmico, qui omnium accuratissime de potestate numinum astronomicorum exposuit, ex Ptolemaeo, Proclo, Manethone, Sexto Empirico, Manilio, Paulo Alexandrino, Censorino aliisque, qui quidem omnes inter se consentiunt, quippe iisdem fontibus vsi<sup>33</sup>). Quum adtributa deorum illorum Aegyptiacorum in V genera rite discerni possint, hanc rationem seruare iuuabit. Itaque monstrabimus I, quae vires et facultates tum physicae, cum psychicae singulis numinibus astronomicis adtribuantur; II, quas animi facultates et affectus progenerent; III, quae magisteria, opificia artesque tueantur; IV, quos rerum euentus, quos actus et quales vitae humanae conditiones producant; V denique, quae subiecta sint singulorum imperio ac patrocinio, tum in rerum natura, tum in vita humana, veluti sphaerae, ventus, personae, corpora humana, animalia, arbores, plantae, saxa, terrae, metalla, colores, eiusque generis alia, cum partibus suis.

## §. 47.

### A d t r i b u t a ♆.

#### 1. *Vires propriae.*

frigidus	subuiridis	asper	multae cogitationis
humidus	obscurus	foetidus	altae memoriae
modicum desiccans	niger	vorax	omnis destructio
lentus, piger	grauis	malitiosus	

30) Firmicus L. VIII. c. 19. p. 223. c. 20. p. 225. c. 21. p. 226. c. 22. pag. 228, ss. vsque ad pag. 242.

31) Firmicus L. VI. cap. 23. pag. 189.

32) Manilius Astronom. L. II. c. 15. ver. 11—24. p. 58. ed. J. Scaliger. Proclus, L. II. c. 3. p. 90. p. 101.

33) Jul. Firm. Matern. Astronomica ed. Bas. 1551. Lib. II. cap. 10. pag. 22. cap. 12. p. 25. Lib. III. cap. 3. cap. 5. L. IV. c. 16. Lib. V. cap. 2. p. 121. cap. 3. p. 124., cap. 5. cap. 10. p. 142. Lib. VI. cap. 36. Lib. VII. c. 34. p. 187. ss. Lib. VIII. c. 19. 26. p. 234. Ptolemaeus Quadripartitum in ed. Firmici dicta pag. 31. 50. 52. 54. 61. 69. Ptolemaei Centiloquium ib. pag. 75. Hermetis Centiloquium ib. p. 85. Manilius ed. Jos. Scaliger 1590. Lib. IV. l. 177.



2. *Facultates et affectus animi.*

malitia summa	paucitas verborum	superbia	violentia
omne odium boni	alta mentis taciturnitas	malignitas	dolus
prosecutio omnium	acerrimum ingenium	nequitia	avaritia
separatio a bonis	profunda rerum scientia	pertinacia	tristitia
pigritia, tarditas	altus intellectus	metus	melancholia
regale consilium	stabilis amicitia	ira, invidia	poenitentia
longa providentia	sermo certus	perfidia	vilitas
longae cogitationes	inflatio	proditio	sorditudo

3. *Artificia, opificia, artes.*

omnia artificia manus	lanarii	nautae, nauium guber-	decimator
fossaria	lanarum textores	natores	crucifixio (F. 233.)
cementaria	asinarii, muliones	aquarum allator	cloacarum mundatores
carpentaria	(F. 237.)	natator	militaria officia
structores	agricultura	piscatores	studia seruilia
artocopi	omnis res rustica	opus lanionis (cum ♂)	magica ars
pistores	rerum dimensio et pon-	faber ferrarius, metal-	nigromantia
fullones	odus	lurgia (F. 233.)	somniorum interpretatio.
tonsores	aquarum habitatio	poenarum ministri	

4. *Euentus, actus, conditiones.*

nex, funera	inundationes	haemorrhoides	solitudo
miseria mors	submersio nantium	geniculorum passiones	poenitentia
interentio filiorum et	ventus frigidus et noxius	pulmonis dolor	longa vita
vxoris (F. 48.)	febres quartanae	damnatio	difficile senium
omnes euersiones	hydropsis	exsilia	matrimonia infelicia
pestes animalium vitulium	phthisis	discrimina	summa infelicitas
procreatio bestiarum no-	melancholia	angustia	summa egestas
xiarum	catarrhi	luctus	miseria
piscium paucitas	ileon	orbitas	thesaurizatio
fructuum diminutio	tibiarum molestiae	mancipia	haereditates antiquae
caristia, fames	aegritudines longae	captiuitas	

5. *Imperium et patrocinium.*

septima sphaera	maria, flumina, fontes	captiui	iracundi
ventus australis (♄)	pascua	eunuchi	prauī
ventus subsolanus (♃)	loca irrigua, hortensia	nuncii et tabellarii	viles
montium cacumina	senes	tyranni	famosi
obscura domicilia (♃)	serui	minaces	rudes

L. II. 44, 21. 98, 30. Manethonis Apotel. ed. Jac. Gronov. L. II. c. 2. 3. L. III. c. 1. 2. L. IV. var. II. Sext. Emp. adu. Astrol. L. V. c. 29. ss. c. 21. ss. ed. Fabric. Proclus Diad. Paraphras. in Ptol. Lugd. Bat. 1654. L. I. c. 4. 5. 9. Paulus Alexandrinus ed. Viteberg. 1588. var. foll. Censorinus cap. 8. Vettius Valens apud Salmas. de annis climact. pag. 623. al. Ex Hermete Aegyptio affert Jo. Picus adu. Astrol. L. VI. c. 18. has planetarum sortes: ♄ Νεμεις, ♃ Νικη, ♂ Τολμα, ☉ Ἀγαθοδαιμων, ♀ Ἐρως, ♃ Ἀναζη, ☽ Ἀγαθη τυχη.

profundi	homines Saturnici	auris dextra	asinus (Sal. 623)
inmorigeri	1) mellinus color	vesica	locustae
malefici	mediocris crassitudo	splen	vermes
anari	pili nigri, crispi	melancholia	animalia aerea rationalia
fures	oculi mediocres	flegma	hyacinthus
mercenarii	corpus haud magnum	genua (Z)	sapor dulcis, amarus,
vespilliones	2) subnigri	tibiae, seu crura (ZZ)	stypticus
pollinctores	macilenti	genicula	plumbum
magi, vates	corpus paruum	animalia quadrupeda	color niger, citrinus, leu-
sophistae	capilli rari et plani	aquatica partim.	cotheus
steriles	oculi nigri	noxia partim.	praesepia animalium.
vinctores publici	complexio sicca		

§. 48.

A d t r i b u t a . 4 .

1. *Vires propriae.*

bene calidus et humidus	beneficus semper	regales virtutes omnes
medius inter frigiditatem	magnanimus	boni omnis augmentatio
‡ et calorem ♂	maiestas	melioratio status

2. *Animi facultates et affectus.*

magnanimitas	iustitia	gratia	hilaritas
nobilitas	aequitas	amabilitas	festiuitas
maturum consilium	liberalitas	conciliatio	sermo granis
intellectus	misericordia	continentia	nimia confidentia (raro)
sapientia	pietas	modestia	vltionis aniditas
virtus	fides	patientia	ardor crudelitatis

3. *Opificia, artes.*

iurisprudentia	inquisitio solers	luctatio	textura lanae
legislatio	iurisdicatio	athletica ars	gerdii (F. 233. 267)
pontificium	somniorum interpretatio	gymnasiasticae exercita-	nautae
regimentum	palaestra	tiones	piscatores

4. *Euentus, actus, conditiones.*

stata religio	gaudium	nobilitas	conuersatio cum probis
leges, iura	adauctio animalium vti-	apta carneitas	fenorum aegritudines
omne publicum commo-	linum	corporis nobilitas	pedum mala
dum	vbertas frugum	amabilitas	synantia
victoria	salubris nauigatio	docti, sapientes	peripleumonia
gloria	aestus animi et corporis	diuitiae	apoplexia
laetitia	difficilis exitus (raro)	honores	cephalalgia
spes	formae dignitas	fortunati	cardia



5. *Imperium et patrocinium.*

Sphaera sexta (globus secundus)	duces	capilli plani	equi
montes	magistratus	semicalui	aues
Tarpeia rupes (F. 14.)	dilecti principum	corpus mediocre	aquila (Sal. 623)
amoenae regiones	legislatores	aetas virilis	serpentes
loca irrigua, horti	sapientes	auris sinistra	lilia
loca ruinosa	cultores Dei	pulmo	spongia marina (F. 235)
Aquilo (♁)	aeditui, hieroduli	epar	sapor amarus
Africus (♁)	amatores iumentorum	costae	cuprum
pontifices	luctatores	tactus	argentum? (Sal. 623)
reguli	homines Iouiales	cartilagines	color ruber, seu
iudices	1) albi	sperma	croceus
vates	apta statura	femora (♁)	
iuridici	capillatura conueniens	pedes (♁)	
	2) subalbi	animalia rationalia	

§. 49.

A d t r i b u t a ♂.

1. *Vires propriae.*

calidus et humidus	furiosus	maleficus	damnum omne per sic-
comburens et desiccans	iracundus	dissoluendi et necandi	citatem
rutilus	vehemens	vis (Jab. III. 132)	destructio per ignem
ignitus	praeceps		

2. *Facultates et affectus animi.*

vehementia	elatio, superbia	perfidia	varia cogitatio
iracundia	audacia	scelerum cupiditas	nullum consilium
offensio facilis	fortitudo	obscenitas	acutum ingenium
controuersia	temeritas	incautus amor	religio nulla
violentia	crudelitas	zelotypia	

3. *Opificia et artes.*

militia	opus lanionis (cum ♃)	parietarii	venatio (F. 236. 17°)
bellicatio	faber ferrarius	lapides abscindere	piscatura
gubernatio exercituum	conflatores metallorum	sculptores, marmorarii	latrocinium
hoplomachia, gladii po-	(cum ☉)	sigilla sculpere	spiculatores (F. 234)
testas	opus aeraminis et mi-	tonsores capillorum (F.	errare in finibus pere-
chirurgia	nerarum anri (cum ☉)	235)	grinis
cruenta quaeque	opus coqui (cum ☉)	arbores findere	praedatio
sanguinaria	scenici pathici	naues componere	
medici mortiferi	architectura	aratio	

4. *Euentus, actus, conditiones.*

pugna	proditio	subitae submersiones na-	omnes morbi acuti morti-
caedes	insidiae	vium?	feri
homicidia	latrocinia	ventus calidus	empici morbi
mors repentina	rapinae	calor maximus	hersipile
acerbus interitus	praedatio	diminutio aquarum	sanguinis meatus
vulnera ex gladio aut	timor	animalium et vegetabi-	nefresis (nephresis?)
igne	fugae	lium paucitas	febres tertianae
sanguinis effusio	captiuitas	mediocres homines	elephantia? (F. 235.)
abscissio membrorum	seruitutes	deforme corpus	inguinum aegritudines
(F. 243. 31°)	gloria cum labore	apocopi	partus perniciosus
suspensio per laqueum	altum nomen	abscissi (F. 243. 31°)	irae regum
(F. 242. 17°)	omnis destructio per ca-	pedum claudicatio	cometarum apparitiones
bellicatio	lidum	(F. 238. 30°)	(simul cum ☿)
turbationes	combustiones	strabones (F. 235.)	
seditio	fulgura	gibbosi	

5. *Imperium et patrocinium.*

coelum tertium siue	saeui	tortores	epar (cum ♃)
sphaera quinta	violenti	carnifices	testiculi
circulus aequinoctialis	iracundi	captiui serui	puendum (♃)
Aquilo (Υ)	furiosi	oligochroni	matrix (♃)
Africus (♃)	temerarii	laboriosi	inguen
loca cepurica et hortensia	ingrati	omnia polluentes	animalia reptilia vene-
regiones foetidae et de-	irreligiosi	inuerecundi	nosa, marina et aquea
sertae	maledici	gibbosi	serpentes (F. 26.)
milites	malefici	apocopi	aspis (F. 234.)
bellatores	crudeles	abscissi	vipera (ib.)
hoplomachi	clamosi	claudicantes	lupus (Sal. 623.)
gladiatores	ad arma parati	strabones	locustae (P. 31.)
athletae	fures	homines Martiales	phalanx
spiculatores (F. 234.)	piratae	subrutuli	mus terraneus
duces exercituum	periuri	idonea carnitas	scorpio
gubernatores populorum	fraudenti	oculi parui	viola
superbi	dolosi	capilli rari	sapor salsus, insipidus
ambitiosi	vitiligatores	caput (Υ)	color ruber, leucotheus
audaces	scelerati	sinistra auris	viridis
inhumani	rapaces (F. 122.)	nares (cum ♀)	ferrum
feroces	biothanati	rigones	hasta (F. 236.)
feri principes	homicidae	venae	cometae (cum ☿ Pt. 32.)



§. 50.

A d t r i b u t a ☉.

1. *Vires propriae.*

beneficus, sed alius in aliis locis noxius ob nimium calorem aliquando	igneus, calidus, siccus temperate nitor, claritas	temperies, mens mundi princeps omnium.
---	--	---

2. *Facultates et affectus animi.*

omnes primariae virtutes fortitudo animi honorificentissima con- ciliatio maturum consilium	consilia grauia grauē eloquūm amabilitas ambitiosa existimatio superbia pauxilla (raro)	seuerum iudicium auri honorumque cupi- ditas
---	---	--

3. *Artes.*

regimen omnium pontificium summum aruspices vates enthei	sculptura imaginum di- vinarum aurifices (F. 238.) inauratores	brachiarum conflatio metallorum et opus minerarum auri (vtrumque cum ♂)	opus coqui (cum ♂) musica histriones
---	---	--	--

4. *Euentus, conditiones.*

magnificentia splendidae magnificae- que actiones summa expectatio victoria	inimicorum vindicta corporis honestas perspicua mundities imperium potentia	gloria superatio omnium diuitiae, copiae intestinatorum dolores morbi oculorum	pectoris aegritudines stomachi mala insania, phrenesis struma
---	---	--	--

5. *Imperium et patrocinium.*

sphaera, seu coelum me- dium aquilo (Ω) loca splendida ascensus reges boni principes iusti imperatores potentes victores	diuites copiosi fortes corpora formosa, procera, pinguia omnes dextrae corporis partes oculus dexter visus cerebrum	nerui spiritus cor latera (Ω) vel scapulae et latus animalia siluestria fero- cia leo (Sal. 623.) caput animantis vniner- salis	purpurea rosa sapor amarus et acutus aurum color croceus, ad rube- dinem declinans regis apparatus regia praetoria castra
---	--	--	---

§. 51.

A d t r i b u t a ♀.

1. *Vires propriae.*

temperate humida et frigida	benefica flava, alii	comes ☉ perpetua generatio omnium
calefaciens et humectans modice	ποικιλη, alii λευκης χροιας	imitatio ♃ in virtutibus suis

2. *Facultates et affectus animi.*

voluptas	religio	bona deliberatio	vanitas
amoenae cupiditates	fides	nobilitas	amor ornamentorum mi-
mulierum dilectio	pietas	aequitas	litarium
zelotypia	credulitas	hilaritas	leuitas
mutua hominum dilectio	summa humanitas	ioculatio	obstinatio

3. *Opificia artes.*

artificia subtilia	tinctura	balneatores	venatores
operum phrygiorum cultura	pictura	mediastini	aucipes
ornamentorum fabrica	odorum praeparatio	aurifices	oratores
textura	pigmentorum mercatores	bractearii	sacerdotes
seritextura	pharmacopolae	caupones	iudices
	odorata mercimonia	musica	literarum studia

4. *Euentus, actus, conditiones*

voluptates	amatoriae indignationes	mansuetudo	corpus molle
amores foemineae	insidiae	religio, pietas	morbi cordis
gaudia multa	perfidiae	dignitas	mala stomachi
liciti et illiciti coitus	potiones	venustas	epatis mala
adulteria	comestiones multae	applicatio ad reges	renum mala et verte-
stupra	conuiuia	cum potentibus con-	brarum
coitus	edacitas	iunctio	sanguinis egestio
debilitas corporis	gulae seruitudo	potentum consanguinei-	apostemata
decor omnis	melioratio coniugalium	tas	fistulae
gratia, iocus	soboles multa	animalium melioratio	cervicis aegritudines
iocosa sponsalia	dilectio omnium	fluminum augmentatio	
amores, elegiae	honores	venti salutiferi	

5. *Imperium et patrocinium.*

Sphaera tertia	seminata	balnea quaeque	subsolanus (♁)
loca culta	cacumina montium	ventus australis (♃)	Camenae



homines pulcri	surdi	ilia vel clunei (Ϡ)	sapor amarus (Ϡ) et
virgines formosae	gibbosi (F. 234)	epar	dulcis (Ϡ)
venerii	oculi subrufi	caro	stannum
mercatores	pinguedo venusta	animalia domestica	color viridis et leucotheus
mulieres immorigerae	apta carneitas	et magna violentia	album
nani	nares (cum ♂)	columba, περιστερα	fuci
stolidi	odoratus	aues ferae venatoriae	opobalsama odorata
monoculi	collum (Ϡ)	anagallis caerulea	ornata vestimenta

§. 52.

A d t r i b u t a ♀.

1. *Vires propriae.*

natura commixta varia-	nunc maleficus	ventorum turbulentorum
que	versicolor, varius, al.	origo
potius frigidus et siccus	ὄζφος, luteus, al. ἀλη-	comes ⊙ perpetuus
humectans et desiccans	θινης βαφης.	imitatio aliorum
nunc beneficus	motus stellarum	motus citus

2. *Animi facultates et affectus.*

pueritia	involutus affectus	blandus sermo	doctrina
leuitas	ingenium acutum	gloriae captatio	obedientia
fallacitas	sanum consilium	contentio (F. 70)	vilitas
astutia	ratio, deliberatio	contradictio	scelerata mens
infidelitas	solertia	industria artium et scien-	commiseratio
voluptas	sagacitas	tiae	
libidinum cupiditas(F.69)	facundia	diuinatio	

3. *Opificia et artes.*

astronomia et astrologia	dialectica	inmolatores	cinaedi
mathesis	aduocati	regum necessitudine con-	tragoedi
computator	grammatici	iuncti	comoedi
foenatores	oratores	semper cum rege et re-	scenici
barator	sacrarum literarum periti	gina versantes (F.130)	ceriti
fiscales	literati	ministri, famuli (F. 227)	aleatores
arithmetica	doctores	primates, honorati	ioculatores
numeratores	acutissimae lucubrati-	mercatores	impudici (F. 236.)
geometria	nes	balneatores	sagittarii nobiles (F.130)
musica	medici	mediastini	iaculatio equestris
citharoedi	sapientes	aurifices	venatores
philosophia	diuinatores	bracteatores	canum cultores et acci-
philologia	aruspices	lenones	pitrum (F. 139)

4. *Euentus, actus, conditiones.*

incunda deceptio	latrocinia	sophismata	febres quartanae
iocosum furtum	simulata conciliatio	syllogismi	tussis
auium captus	ambitiones	repentinae aeris muta-	humerorum molestiae
seductio	quaestus	tionēs	(□)
fallacia	tributa aeraria	corruscationes	ventris morbi (ππ)
mendacia	inuentio secretorum	ingrata vocis modulatio	daemoniaci

5. *Imperium et patrociniū.*

sphaera secunda	aruspices	loca florentia	simius
aucipes	augures	excelsa	omnes aues oscines
ministri	sortilegi	aprica	atque canorae
legati	medici (F. 70)	memoria	aues omnes
deputati	archiatri (F. 68)	deliberatio	ad ancipia
accipitrum,	homines Mercuriales	nares	draco
falconum,	1) colore mellis (□)	os, locutio	rubia
canum,	corpus moderatum	lingua	sapor dulcis (□) atque
molossorum,	oculi parui	mannus	stypticus (ππ)
vertagorum,	capilli mediocres	brachia	aes (aurum?)
equorumque	2) subnigri (ππ)	humeri (□)	color mixtus,
cultores (F. 139 L. V. c.8)	macilenti	coxendices	temperatus (□)
abscosores auri	voce exili	ilia (ππ)	albus color (ππ)
mercatores	oculi caprini	fel	
sacerdotes	Subsolanus (□)	animalia potissimum ra-	
vates	Australis (ππ)	tionalia	

§. 53.

A d t r i b u t a D.

1. *Vires propriae.*

humida	raro calida et exaestuans	semina genitalia omnium	putrefactio
frigida	benefica	maturatio	venatio (motus celer)

2. *Affectus et facultates.*

mulieritas	tenuis memoria	inconstans tamen	iracundia
debilis sensus	exigua veneris tentigo	iustitia	
timiditudo	religio summa,	gloriae affectatio	

3. *Opificia et artes.*

leues, aquaticorumque	lacunarii	scenici	legati
negotiatores	principum negotia	medici	nautae
aquarum opera	pantomimi delicati	scribae regum (F. 233)	venatores
terrae cultus	pathici cinoedi	templorum serui	bractearii



4. *Euentus, Conditiones.*

forma	honorum consecutio	pulchritudo	mentis perturbatio
gaudium	magna gloria	libidinum cupiditates	mania
irae	potentia, regnum	(F. 233	melancholia
assentationes	praepositi popularium	corpus humidum	epilepsia
mendacia	metuendi cum beneuo-	dolores corporis	tussis
delationes	lentia	macies	praecipitatio
edacitas	venustas faciei (F. 141)	tubera capitis	
diuitiae	amabilitas	cordis et cardinum morbi	

5. *Imperium et patrociniū.*

prima sphaera, proxima	pectus (♄)	legum cultores	bos (Salm. 623. Vett.
terrae	gustus	artiumque	Val.)
ventus Africanus (♄)	deglutitus	religiosi	narcissus
loca stagnantia et fluen-	stomachus	sobrii	sapor acer et
tia quoque	venter	literati	salsus
homines mediocres	mulierum pudenda	artifices	argentum
sinistrae corporis partes	matres	nani et	vitrum
omnes	auiae	gibbosi (F. 236)	color albus et
oculus sinister	maiores sorores	animalia aquatica	leucotheus

§. 54.

De affinitate planetariorum numinum.

Ex adtributis numinum planetariorum, quae iam ex veterum scriptis collegimus, satis apparet, alios planetas plane inter se differre et discrepare, alios necessitudine quadam et affinitate inter se coniungi. Sunt enim vires quaedam, tum naturales, tum morales, et effectus, magisteria, et alia, quae binis ternisque personis astronomicis adscribantur. Quin et animalia eadem numinum diuersorum symbola esse traduntur. Sic ♃ et ♂ eadem malitia, ♀ et ♃ eadem bonitas in vniuersum adscribitur. Eadem aucipia nunc ♃, nunc ♀ gaudent patrociniō, atque locusta significat, vt dicunt, tum ♃, tum ♂. Haec autem astronomiae symbolicae ambiguitas et amphibolia neque a diuerso scriptorum ingenio et ratione peculiari, neque a temporum varietate deriuari potest. Etenim auctores, quos laudauimus, eiusmodi in praeceptis omnes inter se consentiunt, atque, quamuis aetate diuersi, omnes Aegyptios magistros eosque antiquissimos, imo astronomiae auctores, vt ipsi profitentur, secuti sunt. Quam ob rem credamus necesse est, veram ac genuinam esse Aegyptiorum rationem, qua adtributa quaedam pluribus personis astronomicis communia habentur. Quum haud exigui momenti sit nosse, quae numina apotelesmatica inter se affinia sint et quibusnam in rebus vel partibus consentiant; iuuabit hanc apponere tabellam, e superioribus constructam.

<i>Numina affinia</i>	♃ et ♂	♄ et ☉	☉ et ♂	☉ et ♀
<i>Adtributa communia</i>	malitia omnis destructio mors misera opus Ianionis animalia noxia locusta	beneficentia sacerdotium nobilitas maiestas regnum principatus color croceus	calor combustio fortitudo regimentum magisteria ignis opus aeraminis et minerarum auri opus coqui.	beneficentia sphaerae propin- quae continua comitatio, et applicatio, et coniunctio religionis cultus nobilitas sublimitas

<i>Numina affinia</i>	☉ et ♀	♀ et ♀	♀ et ☽	♀ et ☽
<i>Adtributa communia</i>	perpetua comitatio ingenium acutum consilium matu- rum gloria aurifices	potentum consan- guineitas imitatio ☉ color albus iucunda deceptio aucipia accipiter	genus femininum humiditas pulchritudo amores generatio artes femineae ornamenta	sphaerae coniunc- tae motus celerrimus venatio inconstantia leues artes gloriatio iracundia alia multa

Ceterum per se intelligitur, haec et alia numina inter se similia, quamvis symbola quaedam habeant communia, propterea confundi inter se non posse. Sunt iis enim alia quoque adtributa peculiariora plurima; et probabile videtur, etiam symbola, quae binis ternisue planetis adscribantur, ut locusta, accipiter, ea aut specie, aut genere inter se diuersa cogitata fuisse.

§. 55.

C o n c l u s i o.

Itaque actum est, id quod nobis proposuimus, scilicet videre, quid veteres de veterum Aegyptiorum astronomia tradiderint. Nouimus, quot et quos planetas Aegyptii habuerint quibusque nominibus eos appellauerint; quot qualesque partes fecerint zodiaci, aequatoris, horoscopi; qua ratione tempora diuiserint; quos dominos coeli et temporis partibus praeposuerint; quas vires et



euentus in rerum natura vitaeque communi numinibus suis adtribuerint, eiusque generis alia. Quorum, si breuiter repetere licet, haec fere est summa.

I. Aegyptii de planetis non nisi eos nouerunt, qui meis oculis conspiciuntur, scilicet ♃ ♀ ♂ ♄ ♅, quibus ♁ et ☉ adnumerarunt, tamquam planetas, vel astra erratica.

II. Nomina planetarum sunt multa et varia, partim naturam eorum significantia, partim mythologica.

III. Zodiaci diuisiones sunt plurimae et diuersissimae, a maximis vsque ad minimas, a semicirculis vsque ad minutas et secundas.

IV. Quamquam fere viginti diuisiones eclipticae, quarum singulae minoribus deinceps partibus constant, numerari possunt, primariae tamen et maxime adhibitae hae fuisse videntur:

Semicirculi, Trientes, Quadrantes, Signa, Stationes, Decuriae, Horia, Dodecatemoria, Gradus, Minutae<sup>34</sup>).

V. Quaeuis zodiaci et aequatoris pars, imo quaeuis fere stella, dominum seu patronum aliquem habet de septem planetis.

VI. Item temporum spatia singula a maximis ad minima vsque subiecta sunt imperio alienius planetae.

VII. Septem planetae atque coeli terraeque partes nec non temporum spatia, quibus singuli praesunt, tamquam numina habentur vel cogitantur, quippe auctores omnium rerum, quae fiunt in natura vitaeque humana, siue sint bona, siue mala.

VIII. Quamuis planetae alii sint benefici, alii malefici, alii denique nunc mali, nunc boni; singulis tamen virtutes et affectus peculiare et singulare adscribuntur.

IX. Quaecunq; alicui planetae adtribuuntur, eadem sunt proprietates partium earum coeli, terrae atque temporum, quibus illud numen planetarium praestat, seu quarum dominus est.

X. Numinum astronomicorum malorum effectus ac symbola sunt, quaecunq; in rerum natura vitaeque humana malefica esse putantur; bonorum contra.

XI. Numinum astronomicorum effectus et symbola cernuntur 1) in rerum natura, siue in coelo, siue in terra; 2) in hominibus, tum in spiritualibus, tum in corporalibus eorum proprietatibus; 3) in animalibus, quadrupedibus, anibus, piscibus, insectis aliisque; 4) in partibus corporis humani atque animalium; 5) in arboribus et plantis variis earumque partibus; 6) in metallis, terris, coloribus multisque rebus arte et ingenio humano profectis.

XII. Quum Aegyptii unicuique planetae singularem indolem et efficaciam tribuerint, accidit, vt plerumque ea sint alicuius planetae symbola, quae cum natura planetae, aut vera, aut supposita, maxime conueniunt. Sic lupus significat ♂, vt vidimus, quoniam in utroque erratica et rapax natura esse credebatur. Symbolum ♆ est locusta, quoniam instar ♆ perniciem afferat. Leo, quippe animal fortissimum et valentissimum, ☉ significat tamquam planetam valentissimum inter reliquos planetas. Taurus, βους, vero, vt Valens dicit, propterea ♉ symbolum esse putaba-

34) Quo facilius variae coeli diuisiones a maximis ad minimas vno obtutu lustrari possint, adiecta est sub finem huius libelli tabula, cuius explicationem in margine habes.

tur, quoniam instar ☽ post ☉ fortissimus est atque ☽ agrorum cultura adscribitur. Ornamenta quaeque ♀ significare videntur, quoniam haec stella insigni venustate elucet. Atque simius symbolum ☿ est haud dubie propter eius naturam, cursum ☉, et ortum, et occasum, et processum per Zodiaci signa, imitandi, aut propter simii applicationem ad artes humanas, quarum inuentio Mercurio tribuebatur.

Sed iam instat alia quaestio eaque grauissima de symbolis seu signis, quibus Aegyptii planetas atque Zodiaci varias partes significauerint. Quum enim in scriptis atque obseruationibus potissimum astronomicis huius generis symbola maxime necessaria sint ad loca planetarum indicanda, vix dubium est, quin Aegyptii quoque symbolice quandam astronomicam adhibuerint. Etiam de his veteres scriptores tam multa tradiderunt nobisque conseruarunt, vt symbolice Aegyptiorum astronomica satis ampla et certa absque monumentis Aegyptiacis ipsis exstrui possit.





